INTRODVCTIO IN DIALECTICAM ARISTOTELIS.

PER MAGISTRVM FRANciscum Toletum Sacerdotem societatis IESV, ac Philosophiæ in Romano Societatis collegio professorem.

De los Carm^tos (*) descalzos es este libro.

HISPALI.

APVD ALFONSVM a barreda.

ANNO. M.D.LXXVII.

¶Cum licencia.

nobiciado

LECTORIS.

INTRODVCTIONES quas Isagogas Graci appellãt cùm in disciplinis omnibus & artibus, amice lector, vtilissimas esse constat, tum verò in ea, quæ ab Aristotele tradita est, disserēdi doctrina ita certum est, vt confirmationi indigere non videatur, nam & si vir eruditissimus omnes eius artis partes accuratissimè sit persecutus, ac felicissimè absoluerit vniuersam, tamen (quod negari non potest) ita obscurè plerumq; multa ab eo dicūtur, vt nisi ab ijs, qui rem velut in summa iā perceperint, facilè intelligi nō possint. Itàque in omnibus Academijs, quas nouimus toto orbe celebratissimas, is mos iam inde ab initio inoleuit, vt Philosophiæ Professores, antequàm Aristotelis libros explicandos tyronibus aggrediántur, ijs totius Dialecticæ rudia quædam elementa paucis, quantùm natura rei patitur, & apertis præceptionib9 compræhensa proponāt, quò neque ignarij om-

 ninò

ninò harum rerũ ad Aristotelis lectioné accedat,
nèq; rursus diutiùs æquo in his retineatur, quæ
sint in ipso pleniùs postea percepturi. Quam qui-
dẽ consuetudiné, nisi experientia, certissima rèrũ
magistra, cõpertum fuisset, optimam esse & vtilis
simam, numquàm tam diu, tam omnium doctorũ
cõsensu, tã frequentes, ac nobiles Academiæ reti
nuissent. Quòd si nostrũ hic iudiciũ etiam & exẽ-
plũ aliquid valet, expertus sum & Romæ hoc an
no, & alibi aliàs, cùm hæc eadẽ profiteremur, ma
gnam ex ea re vtilitaté ad auditores peruenisse,
quòd moré hunc secuti essemus. Neq; verò illi au
diẽdi sunt, qui hæc Sophistarũ esse commẽta affir
mãt, quæ introductionibꝰ huiusmodi cõtineri so
lent; nam (vt de cæteris nunc taceã, quæ sunt à vi
ris doctissimis nõ paucæ conscriptæ) in hac certè
nostrã dedimus operã diligenter, vt nihil nisi ex
optimis quibusque authoribus Græcis, Latinis, &
Arabibus proferremꝰ: quales sunt, inter Græcos
quidẽ Ammonius, Porphyrius, Alexander, Theo
phrastus, Magentinus Psellus; inter Latinos autẽ
Boetius, Thomas, Albertus Magnus. Aegidius, &
alij plerique; inter Arabes verò Auerroes, Algaze
les, Auicenna. Qua in re si quid est boni (vt fore
nos quidẽ speramus) id & Deo laudi, & tibi com
modo esse vehementer optamus. Vale.

INTRODVCTIONIS IN DIALECTICAM ARIRTOTELIS. LIB. I.

De nomine Dialecticæ. Cap. I.

DIALECTICA viam oſtendit, & methodum tradit, qua occulta manifeſtare, confuſa diſcernere, errores repellere, veritatesque confirmare poſſumus, propterea ante omnem aliam ſcientiam addiſcẽda eſt, ipſa enim eſt ianua, qua aperta, omnes aperiuntur; & qua clauſa, omnes clauduntur, cuius adæquatum obiectum eſt Argumentatio, quæ ex ſimplicibus dictionibus ſignificatiuis, quas terminos vocãt, primo cõponitur; à quibus priùs nobis eſſet incipiendum, cùm ſimplicia priora ſint, niſi aliunde initiũ capere ſtudentium vtilitas præmoneret, quibus conducibiliùs multò futurum exiſtimamus, ſi antè, quæ ad ipſam Dialecticam, eiusq; inſtrumenta pertinent, breui compendio tenuerint, vt quid

Dialectica sit, præ alijs omnibus, percipientes modumq; diuidēdi, definiēdi, & argumētandi edocti prōptiores fiant, faciliùsq; per reliqua procedāt. Cū igitur præceptū Aristotelis sit, vt alicuius rei cognitionē indagātes, quid nomen significet, præ cognoscant, nominū enim significatione ignorata ad rerū contēplationē ascēdi non potest. Nos autē breuem quandā introductionē adDialecticam Aristotelis paremus, quid nomen Dialecticæ sibi velit, exponamus oportet. Dialectica Græcè idē est, quod Latinè disputatrix, vel dissertrix, quasi ars, quæ disputare & disserere doceat, quā Stoici partē Logicæ esse existimabāt, duas Logicæ faciētes partes, alterā inueniēdi argumēta, & rationes quibus verū à falso discernitur: alterā de inuentis iudicandi, illā Topicā, hanc Dialecticā vocabant. Dialecticorū tamen communis vsus iam nomen Dialecticæ vtrique parti cōmune fecit, imò Logicæ nomen àDialecticæ nomine nō discernūt, præsertim cùm apud Aristotelē talis distinctio Dialecticæ & Logicæ nō inueniatur, at Logica à Logos dicitur, quod Latinè idē quod sermo, vel ratio ē, quasi sciētia sermocinalis, vel rationalis, id ē, quæ versatur circa rationes, & sermonē: vocamus autē rationes discursus intellectus, quibus verū, vel falsum inquirimus, vnde Logicæ nomē latius pa-

tet,

tet, si eius etymologia inspiciatur, quã Dialecticæ cum Logica etiã Grãmaticam, & Rhetoricã, quæ de sermone sunt, cõplectatur, qua parte verò idẽ quod rationalis est. Dialecticæ conueniat, & aliqua ex parte Rhetoricæ, quæ etiã ratione vtitur. proinde latissimè sumpta, Grãmaticam, Rhetoricam, & Dialecticã comprehendit, quod quamuis verum est, communiter tamen iã est receptũ, vt, quoties de Logica sermo fit, idem, quod per Dialecticã, intelligatur, præsertim apud Dialecticos, vocabula enim peculiariter secundum subiectam materiam accipienda sunt.

Quid sit Dialectica; de eius necessitate materia, fine, & officio. Cap. II.

ARTES omnes in hunc finem inuentæ sunt, vt per eas operationes nostræ, quas per naturam non ita facilè, & perfectè prestare poteramus, absolutæ, & exactæ reddantur, quod in omnibus reperire est, homo enim potest scribere, pingere, luctari, texere, sed id imperfectè, & non sine errore; at si artem teneat, expeditiùs, & certiùs illa omnia exequetur, vnde ars rectè quicquam faciendi, aut cognoscendi dicitur prom-

ptitudo:ex quo factum est, vt cùm multæ in nobis sint operationes,atque inter se diuersæ, quas rectè exercere non poteramus, plures ad hoc inuentæ sint artes.

Sunt autē in communi tres operationes; quædā exteriores quæ circa aliquā materiā extra nos versantur,vt pingere, texere, agros colere. Sunt aliæ operationes exteriores,quæ tamen nō in aliquam extra nos transeunt materiā, sicut loqui, sermocinari,dicere.Sunt aliæ in tertio genere interiores,sicut contemplari rerum naturas, considerare,verum cognoscere.

Ad tres has operationes optimè exercendas multæ sunt adinuētæ artes.Ad operationes exteriores primi generis, sunt omnes illæ artes, quæ Mechanicæ dicūtur,vt nemoraria,militaris,nautica,fabrilis. Ad operationes secūdi generis sunt artes,quæ sermocinales dicūtur Grāmatica scilicet,quæ rectè & cōgruè voces cōnectere docet: Rhetorica,quæ elegantē,ac suis numeris absolutā reddit orationē.Ad operationes verò tertij generis,quædā ars adinuenta est,quæ methodū traderet,& viā sterneret,qua ad perfectā rerum cōtemplationē & cognitionem venire possemus; & hæc Dialectica est:vnde sicut artes Mechanicas rectè faciendi & operandi artes, Grāmaticam congruè

gruè loquendi, Rhetoricã rectè dicendi: ita Dialecticã rectè intelligendi iure artẽ dixeris; nõ quòd per Dialecticã res ipsas sciamus, aut cognoscam9 (hoc namque aliarum munus est sciẽtiarum) sed quòd Dialectica modum & methodũ præbeat, quibus rectã rerum contem plationem consequamur, propter quod instrumentũ & organũ scientiarũ & modus sciendi dicitur. Quod si Dialectica etiam circa sermonem versatur, id non est per se, nisi quatenus per sermonem operationes intellectus manifestantur; nec hoc etiam pacto circa quẽcunque sermonẽ versatur, sed circa eum solũ quo aliquid verè, vel falsò dicitur.

De reliquis verò, quæ ad Dialecticã pertinent, dicamus oportet. Experiẽtia enim cõstat, & Aristo. vij. Polit. c. iiij. docet artes habere aliquã materiam, circa quam operentur. ars enim textoria circa filium, lignaria circa lignum, militaris circa arma versatur. Est etiam cuique arti suus finis & offitium, quorum nihil Dialecticæ deest.

Pro quo aduerte primo, quod materia in aliqua arte duplex est, quædam propinqua & proxima, circa quam talis ars versatur, vt ligna, materia sunt artis lignariæ, fabrilis, ferrum, quia circa hæc tales artes versantur; altera materia ẽ remota, quam ars quidem præsupponit, non tamẽ

circa

circa eã primò versatur, quo pacto arbores materia lignariæ artis, remota tamen, ferrũ militaris, lana textoriæ dicuntur, quia sine his materiæ proximæ non constant. Aduerte etiã præter hæc, in Grammatica, Rhetorica, & Dialectica duplicẽ esse materiam, alteram propinquam, vt in Grammatica sunt voces ad congruam connexionẽ aptæ, in Rhethorica sermo ornatus & elegãs, in Dialectica verò operationes intellectus, vel sermo, qui tales operationes manifestat; alteram autẽ remotam, quæ in his tribus artibus eadem est, nempe res omnes, cum discrimine tamen. Grammaticus enim circa res omnes versatur de eis cõgruè loquendo, Rhetoricus ornatè dicendo. Dialecticus viam ostendens, qua verè cognoscantur, & indè vero sermone exprimantur, propterea hæ artes communes dicuntur.

Ex his apparet finis, & officium Dialectici. Finis enim eius est methodum ostendere, qua res verè dignosci & secerni queant. Officium autẽ ea ministrare, quibus talis cognitio obtineatur; id autem fit diuidẽdo, definiendo, & argumentando, officium ergo ipsius definire, diuidere, & argumẽtari est. Instrumenta, quæ modi sciendi dicuntur, sunt Definitio, Diuisio, & Argumentatio, de quorum singulis introductorio modo nonnulla dicemus

mus. Et primum de definitione.

Quid Definitio, & quotuplex sit. Cap. III.

CIRCA definitioné quatuor nobis breuiter consideranda sunt. Primũ, quid sit definitio. Secundũ, quotuplex sit. Tertium, quæ sint leges bonæ definitionis. Quartum, qui modi argumentandi, & loquendi per definitionem.

Circa primũ aduerte. Aristotelem. 1. To. c. iiij. id, quod nos definitioné vocamus terminum vocare, translatione sumpta à termino, & limite, quo agri, vel areæ circunscribuntur; vt enim totum, quod illius est areæ, intra talem terminũ cõtinetur, nec quicquam areæ est extra terminum, nec aliud, quod non sit areæ, est intra; ita illa oratio, quæ omnes partes, quæ sunt in natura rei, ita explicat, vt nihil deficiat, vel redũdet, dicitur terminus. Nos vocamus definitioné, quasi vndique circunscribentem rei naturam.

Est autem definitio, iuxta Arist. ij. Post. c. x. oratio ipsum quod quid est significans; ac si dixisset, est oratio, quæ naturam alicuius manifestat. In qua definitione duæ sunt particulæ cõsiderandæ. Altera est, quòd sit oratio, idest, aggregatio quædá multarũ vocũ & notionũ, cũ enim naturæ rerũ

quæ

quæ definiũtur, habeant plures partes, necesse est pluribus manifestẽtur vocib9, vnde vna sola vox nõ est definitio. Altera particula est, naturam ali cuius significans. Hoc ponitur ad excludẽdas ora tiones multas, quæ definitiones nõ sunt, quia alicuiũs naturã nõ manifestant, ex quo fit, vt ista sit definitio, animal rationale, est.n.oratio, & hominis naturã explicat; at, homo est doctus, oratio quidẽ est, definitio verò minimè nullius enim naturam exprimit.

Contra hoc vnum posset argumẽtum opponi huiusmodi; Vna vox sola potest significare totã naturam rei; ergo definitio non est oratio, Antecedens probatur; Ista vox, homo, significat totũ hominem, & integram ipsius naturam; ergo vna vox totam rem explicat.

Ad hoc respondetur, dupliciter aliquã rẽ voce significari, & manifestari posse; vno modo distinctè, altero modo cõfusè, hoc exemplo poterit in telligi, videre quandoq; possumus imaginem aliquã confusè, cùm totam simul conspicimus, nec magis visus ad vnã, quàm ad aliã partem inclinatur; videmus etiã eandem distinctè, cùm ad singu las partes oculos cõuertimus, vel minimã quàm que lineam inspicientes, quod etiã intellectu con tẽplantes aliquando facimus, ita res significatur

vna

vna quidem voce.confusè tamen,quia per eã tota simul repræsentatur,at verò pluribus vocibus eadem res singulis singulas eius partes significantibus distinctè significatur.

Modo respõdetur, Definitionem debere significare rem totam nõ confusè,sed distinctè, propterea debere esse orationẽ.ex quo sequitur, nomen alicuius rei,& definitionẽ eiusdem idem significare,sed non modo eodem, sed alterũ distinctè,alterum cõfusè;homo enim,& animal rationale eandem rem exprimunt,sed vox, homo,cõfusè,definitio verò animal rationale,distinctè.

Cùm igitur definitio alicuius naturã explicet, fit,vt prima diuisione diuidatur iuxta diuisionẽ eius,cuius naturã explicat, quod duplex potest esse;alterũ vox aliqua significatiua;alterũ res aliqua. vt enim res ipsæ suas habẽt ꝓprias naturas; ita etiã & nomina suas sortiũtur naturas, quæ à significatione sumũtur,vt sicut hõ est hõ per animã & corpus,ita & nomẽ,nomẽ est,quia ex voce & significatione cõponitur.possũt ergo & res,& nomina definiri,vnde exurgit duplex definitio,altera,quæ dicitur nominis,altera,quæ dicitur rei.

Definitio nominis,q̃ Interpretatio, & Etymologia aliquãdo dicitur,ẽ oratio nominis significationẽ exponens. Hic autẽ vocamus nomẽ quamcumq;

cũq; dictioné significatiuã, vt Magnanimus é, qui magnũ habet animũ; Infinitũ, quod nõ habet finé; Vacuum est, quod caret corpore; Argumẽto autẽ est, ijs definitionibus sola nomina, non res definiri, quòd aliquando contingat similia nomina fictitium quid significare. Multiplex quidem huiusmodi definitio assignatur, sed quia Grammatica est potius cõsideratio talis, prætermittitur.

Definitio verò é oratio rẽ aliquã explicans, vt animal ratiõale, quæ hominis naturã manifestat.

Quotuplex sit definitio rei. Cap. IIII

TRIPLEX est definitio rei, quædam essentialis, quædam causalis, quædam descriptiua seu accidentaria.

Essentialis definitio est oratio genus, & differẽtiam alicuius rei cõtinens. Vocatur autem genus id, quod naturæ definiti ita cõpetit, vt simul etiã de alijs prædicetur, vt in hac hominis definitione Animal rationale: animal genus est, quia cùm de natura hominis sit, etiam de equo, capra, & alijs multis prædicatur. Est autẽ differentia, id, quod cum de natura etiam definiti sit, cum genere iunctũ ipsum determinat, & coarctat, vt pro sola re definita sumatur, sicut se habet in illa eadem definitione rationale, est enim in ipsa hominis natura

& coar

& coarctat genus animal, vt non equm, nec aliud præter hominem dicat, huiusmodi definitio dicitur Essẽtialis, quia naturã rei per ea, quæ illi essẽtialia sunt, manifestat; id ẽ enim natura & essentia sunt, nec exactiorẽ modò petas horũ declaratio nẽ, suo enim loco diligẽtius ista cõsiderãda sunt.

Definitio Causalis, est oratio, rei proprias causas manifestans. Causarum autẽ numerus quadruplex est, quædam causa est materialis, ea nempe, ex qua aliquid fit, vt ligna, & lapides materia, sũt domus, æs statuæ; corpus humanũ, ipsi9 hominis, altera est forma, ea scilicet per quã res est, & quæ simul cũ materia rem totã absoluit, vt anima rationalis hominis ẽ forma, & figura, statuæ, tertia est efficiẽs, à qua aliud producitur, vt sol, qui lumen producit, ipsius est efficiens causa, & ignis caloris, & sutor calcei; quarta est causa finalis, gratia cuius, seu propter quam aliquid fit, vt beatitudo causa est finalis hominis; ad beatitudinẽ enim creatus est; & sanitas est finis potionis amaræ.

Ex his igitur causis, aut singulis, aut pluribus, aut omnibus definitiones causales fiunt. Sũt autẽ quæ per materiã dãtur, vt domus ẽ ex lapidibus, lignis, & terra, reliquisque partibus cõstructa, Zithũ ẽ pot9 ex aqua, hordeo, & lupulo cõfect9; sub hoc definitiõis genere cõpræhẽdũtur definitiões

quibus

quib9 res artificiatæ p ea, exquib9 fiūt, definiūtur
Cōpræhēdūtur etiam definitiones, quæ partes rei continent, vt mundus est ex cælo, terraque, & ex naturis, quæ intra hæc includētur, cōstitutio, corpus humanum est, quod ex erecto capite, pectore, manibus, ventre, pedibusque cōstat, quas alij vocant partitiones.
Comprahendūtur etiam definitiones accidentiū, quæ per subiecta ipsorum assignantur, vt risibilitas est aptitudo hominis ad ridendum; lumen est actus diaphani.
Secundū genus Causalium definitionū est per formam, vt homo est animal ex rationali anima constans; ad quod genus illæ definitiones reducūtur, quibus concreta per abstracta definimus, vt album est, quod albedine afficitur.
Tertium genus est per efficiētē causam, vt dies est latio solis super terram; Ecclipsis est interpositio terræ inter solem & lunam: tonitruum est extinctio ignis in nube. Possumus etiā his vti in obliquo dicētes, nox est priuatio luminis, proueniēs ex latione solis sub terram
Quartum genus est per finalem causam, vt homo est animal ad summi boni perceptionem destinatum; domus est tegumentum ad incommoditates extrinsesas propulsandas.
Possunt

Possunt etiã definitiones per plures causas simul assignari, ista enim quatuor continet causas, homo est animal ex rationali anima & corpore in æternam beatitudinem à Deo creatum, hæc autem duas Eclipsis est priuatio luminis ex interpositione terræ, hæc autem tres, homo animal est anima & corpore in beatitudinem ordinatum.

Hic autẽ vnum aduerte, definitiones eas, quæ per materiam, & formam assignantur, esse etiam essentiales, materia enim & forma ad rei naturã spectãt ipsamq; cõponũt: vnde dici possent essentiales, at quia simul etiã causæ rei sũt, causales dicũtur, distinctionis gratia solent aliqui eas essẽtiales Physicas nũcupare, reliquas verò, quæ genere & differẽtia cõstãt, essentiales Metaphysicas.

Tertia definitio est accidentaria, quæ nõ quid res, sed potius qualis sit, significat, hæc autem est oratio rem per sua accidentia manifestans. Est autem duplex, altera, qua per genus, & accidens proprium, quod illi soli rei conuenit, assignatur, vt homo est animal risibile, terra est elementum grauissimum, ignis elementum leuissimum, & hæc propriè dicitur descriptio. Ad hãc definitionem reducuntur eæ, quæ dantur per effectus, vt iustitia est, quæ suum cuiq; tribuit: sol est author diurnæ lucis: homo est animal quod

loqui potest. Altera definitio accidentaria est, quæ datur per accidentia communia, quorum singula pluribus rebus insunt, simul tamen iuncta, nō nisi rei, quæ definitur, vt homo est animal bipes, implume, pulchrū, magni cerebri. Ad hoc definitionis genus aliquæ Poetarum descriptiones reduci possent, sed ista vlterius prosequi nō præsentis speculationis est, ne introductionis limites extra modum diuagantes transiliamus.

De legibus bonæ definitionis, De modo argumentandi, & loquēdi circa ipsam definitionem.

Cap. V.

MVLTA quidem præcepta sunt ad bene definiendum obseruāda, quæ diffusè vj. Top. Aristo. tradit, ex quibus tria omnibus definitionibus communia in præsenti explicāda elegimus Primum igitur præceptum, seu lex est, vt definitio clarior sit definito, cùm enim in hoc sit inuēta definitio, vt rem occultam manifestet, oportet, vt notior sit, quàm illud, quod definitur, vt hæc definitio, Animal à Deo creatum ad beatitudinem,

dinem, naturã hominis magis manifestat, quàm si vnica exprimatur voce; nempe, homo. Huic præcepto aduersantur definitiones illæ, quæ per ignotiora, vel æquè ignota assignantur; vt si dicas, somnus est imago mortis, mors enim obscurior est somno. Aduersantur etiam, quæ idem per idem definiũt, vt si dicas, leo est animal, quod est leo. Aduersantur tãdem, quæ vocẽ Metaphoricam habẽt, vt homo est arbor inuersa.

Secundum præceptũ est, Definitio debet reciprocari & conuerti cum definito, id est, de quocũque prædicatur definitum, de eodẽ & definitio prædicari debet, & de quocunq; definitio, de eodem & definitum, ita vt nulli vnum competat, cui non & alterum. Huic præcepto aduersantur qui solùm per cõmunia definiunt, quæ pluribus, quàm definito, insunt, vt homo est substãtia sensibilis. Aduersãtur etiam nominum Etymologiæ, quæ ob id non suntpropriè definitiones, cũ pluribus quàm definitis conueniunt, vt Theologus ẽ, qui de Deo loquitur; lapis est, quod pedẽ lædit.

Tertium præceptum est, Definitio nihil debet habere superfluum, vel diminutum, sed ita rem explicare, vt nec deficiat, nec excedat; vnde non est bona definitio, homo est animal rationale coloratum, bipes; est enim superflua; cùm co-

loratum, & bipes nō ſint in natura hominis, nec iſta eſt bona definitio, homo eſt ſubſtantia rationalis, eſt enim diminuta, cum plura ſint in natura hominis, quam ea, quæ in tali definitione actu continentur, eſt enim homo ſubſtātia corporea, animata, ſenſibilis, rationalis.

Hæc ſūt præcepta cuilibet bonæ definitioni neceſſaria, ita vt ex vnius defectu vitioſa reddatur definitio: vnde ſi quis velit definitionē aliquā bonā eſſe cōtendere, omnes ſimul leges illi ineſſe ꝓbare tenetur: at qui definitionē vitioſam eſſe cōtēderit, vel vnicā legē deeſſe ſufficiet oſtendere.

Modus argumētandi in definitione duplex eſt admodū vtilis: alter eſt, vt tam definitū, quàm definitio de aliquo prædicetur, & tunc de quocūq; affirmatur definitū, affirmabitur & definitio: & de quocunq; definitio, pariter et definitum. Similiter etiam negatiuè, vt concha eſt animal, ergo eſt corpus animatū ſenſibile, & contra, cōcha eſt corpus animatū ſenſibile: ergo eſt animal, humilitas eſt habitus bonus, ergo eſt virtus, & cōtra, eſt virtus, ergo eſt habitus bonus. pariter etiā in negatione, vt ſimia non eſt animal rationale, ergo non eſt homo, è cōtrario non eſt homo, ergo non eſt animal rationale, ſuperbia nō eſt habitus bonus, igitur nec eſt virtus, itē non eſt virtus, ergo

go nec habitus bonus.

Alter modo argumětandi eſt, quādo aliquid de definito, vel de definitione prædicatur, & tūc quod affirmatur de definito, affirmabitur & de definitione, pari ratione quod negatur: & cōtra à definitione ad definitum, vt animal rationale eſt capax beatitudinis, ergo & homo, eſt capax beatutidinis, ergo & animal rationale. Negatiuè pariter, vt habitus malus non eſt expetendus, igitur nec vitiū, virtus non eſt ſperněda, ergo nec habitus bonus eſt ſpernendus.

Supereſt, vt de modo loquědi p definitioě dicamus. Duplex autě loquědi eſt modus, & interrogāti, & reſpōděti. Primū petěti, quæ definitio eſt iſta? Reſpōde, vel eſt nominis, vel ě rei, eſt cauſalis, vel eſſentialis, vel deſcriptiua. Petěti Secundò, qualis eſt hæc definitio? reſpōde, eſt bona, vel eſt mala. Circa definitū etiā poteſt interrogās petere, quid eſt hoc, ſcilicet, quid eſt homo vel leo? Cui reſpōde per definitioně eſſentialě vel Cauſalem. Secundò, quale eſt hoc? reſponde per accidětariam. Circa definitionem autem nominis ſolet peti, quæ eſt huius nominis ſignificatio? Et reſpōdetur per illius ſignificationes. At circa Cauſalě ſecundū cauſarum numerum quadruplex fit interrogatio, vt à quo eſt cathedra? reſponde per

 efficiětem

efficientem. ex quo est? responde per materiã, per quid est? responde per formã. propter quid causam finalem petit.

Quid diuisio, quotuplex, quæ ipsius præcepta sint. Cap. VI.

EST alius sciendi modus, qui dicitur Diuisio. qua vtimur ad totius alicuius partes inuestigandas: vnde non minimùm hæc definitioni prodesse solet, quæ ex partibus conflatur. Quid igitur sit Diuisio, & quotuplex, quæ ipsius leges, quibus modis per Diuisionẽ argumẽtari liceat, quis tandẽ sit loquendi modus, tractare oportet.

Diuisio oratio est totĩ in suas partes distribuens: oratio dicitur, non enim diuisio quæcunque ad Dialecticum spectat, sed ea, quæ mẽte, & voce fit, id est, cùm rem aliquam simul intelligentes singulas eius partes inuestigare, & voce exprimere conamur; & propterea diuisio talis oratio dicitur; aliæ verò diuisiones, nempe, cùm gladio lignũ, vel aliud quiduis scindimus, Dialecticæ nõ sunt. Est igitur Dialectica diuisio oratio, qua de toto aliquo loquentes singulas eius partes enarramus;

ramus;quæ diuisio manifestat eam,quam intelle ctu concepimus;vt totum hoc, bonum scilicet, assumentes in singulas suas distribuimus partes, vtile,honestũ,et delectabile:inqua oratione duo sunt;Alterum,totum illud,quod secatur in partes,& hoc diuisum dicitur;alterũ,ipsius enumerata partes,& hæc membra diuidentia dicuntur.

Ex vtroque autem constituta oratio diuisio est,quæ sicut,& definitio,in diuisionem nominis, & diuisionem rei primò diuidi potest. Diuisio nominis est oratio,qua vox in suas significationes distinguitur, vt canis significat sydus quoddam, significat & animal terrestre,hæc diuisio nominis;non enim res aliqua per eam in suas partes diuiditur, sed sola vox. Hanc Græci enumerationem vocabant.Tali autem diuisione non vnã vocem tantùm,sed & orationem integram in varios sensus,quos recipit, distinguimus; quas orationes amphibologicas vocát,vt Aio te Aeacida Romanos vincere posse. Cræsus Halim ingressus perdet quam plurima regna.

Diuisio Rei est,cùm res aliqua in suas partes, vel accidētia distinguitur,quæ triplex est;Prima Diuisio generis in species,hæc autē est, cũ cõmune aliquod in minus communia,de quibus per se prædicatur, diuiditur, vt Elementorum aliud

ignis, aliud aer, aliud aqua, aliud terra: hæc autē diuisio fieri aliquando solet per differentias, ex quibus species constituūtur, vt animalium aliud rationale, aliud irrationale, idem est, ac animalium aliud homo, aliud brutum. Altera diuisio ē Totius in partes, ex quibus cōponitur: & hæc duplex solet esse secundum duplicem rationē partium, ex quibus componitur, sunt enim quædam partes, quæ ad naturam, & essentiam rei pertinent, quales sunt forma & materia, de quibus superius diximus, & secundum has fit diuisio quædam essentialis in partes, vt hominis alia pars anima, alia corpus, Vasis alia pars argentum, alia figura. Quædam sunt partes quæ quantitatis rei potius, quàm naturæ partes sunt, & secundū has fit diuisio, quæ in partes integrantes dicitur, quam aliqui partitionem vocant, vt corporis humani alia pars caput, alia brachia, alia thorax, alia venter, alia pedes, in his enim decorus partiū ordo seruandus est. Similiter Terræ alia pars Asia, alia Africa, alia Europa. Tertia diuisio est, quādo subiectū aliquod in varia accidentia, quæ illi insunt, distribuitur, vt hominum alius doctus alius indoctus: hominum alius liberalis, alius prodigus, alius auarus, alius studiosus, alius prauus. Ad hanc Diuisionem pertinent diuisiones eæ, qui bus

bus subiectum in suas potentias diuidimus, vt rationalis animæ alia potentia intellectus, alia voluntas, alia memoria: animalis alia potentia sensus, alia appetitus, alia ad motum. Solet autem hæc accidẽtium diuisio adhuc dupliciter fieri, aliquando enim accidens in sua subiecta diuiditur, vt alborum aliud lilium, aliud nix, aliud cignus, & cæt. Virtutum aliæ in parte intellectiua, aliæ insensitiua sunt. Aliquando etiã accidens in accidentia diuiditur, vt dulciũ aliud flauũ, aliud albũ

His igitur cõstitutis, præcepta in diuisione obseruanda constituamus. Primum præceptum est, ne plura membra contineat, quàm par est, si enim aliquis diuisione prima animal in omnes suas species diuidat, non erit congrua diuisio, nã cùm diuisio rei manifestandæ gratia inuenta sit, si multa contineret membra, fastidiũ potius, et obscuritatem, quàm cognitionem pareret. Adde etiam quòd diuidentia membra quendam ordinem inter se petunt, quem, si tam multa sint, obseruare difficillimum est. Circa hoc autem præceptũ tria attendenda sunt. Primum, vt si alicuius communis generis species paucæ sint, per illas diuisio fiat, vt elementorum aliud Ignis, aliud Aer, aliud Aqua, aliud Terra. Secundum, si species plurimæ sunt, tunc per aliquas species superiores

diuisio

diuisio procedat,& has rursus per alias diuida-mus, vt animalium aliud homo, aliud brutum; Brutorũ aliud aereum,aliud aqueum, aliud terreum;& hæc rursus per alia,donec ad vltima deueniam9.Tertium, poteſt etiam diuiſio fieri per duas oppoſitas differentias,vt animalium aliud rationale,aliud irrationale;ſed horũ cauſas per ſcrutari,alterius negotij eſt.

Secundum præceptum;ſingula membra diuiſionis debent eſſe inferiora diuiſo,id eſt,diuiſum ſub ſe plura debet complecti,quã ſingula membra,vnde non eſſet congrua diuiſio; animalium aliud ſentit,aliud mouetur;nam ſentire ita commune eſt,ſicut animal,cùm omne animal ſentiat

Tertium præceptum; Omnia membra ſimul ſumpta ſint ſuo diuiſo æqualia,ita vt nihil contineatur ſub diuiſo,quod nõ ſub aliquo membro: nec aliquid ſub membro,quod nõ ſub diuiſo; vnde nõ eſt diuiſio bona,animalium aliud rationale,aliud irrarionale,aliud elemẽtũ: hoc enim tertium membrum non eſt ſub diuiſo.

Quartũ præceptũ eſt,vt mẽbra inter ſe aliquã habeant æqualitatẽ,id eſt,vnũ in altero non cõtineatur;vnde nõ eſt diuiſio bona,animaliũ aliud irrationale,aliud bipes;vnum enim alterum includit,cum aliquod ſit irrationale ſimul & bipes

nec

Nec ista, hominum alius pius, alius literatus, cũ sint homines pij simul & literati.

De modis argumentandi, & loquẽdi per Diuisionẽ. Cap. VII.

QVADRVPLEX est modus, quo circa diuisionem argumentari possumus. Primus est à positione diuisi ad positionẽ alicuius ex mẽbris diuidẽtibus, & è cõuerso, id est, de quocunq; ipsum diuisum affirmare verũ est, de eodem aliquod ex diuidentibus membris affirmare verũ erit, vt leo est animal, ergo rationale vel irratiõale: similiter de quo membrũ aliquod affirmatur, & ipsum diuisũ affirmabitur, vt equus ẽ irrationalis, ergo animal. Hic tamẽ obseruandũ est, vt à diuiso procedẽtes, nõ vnũ membrũ solum, sed omnia sub disiunctione colligamus, nõ enim valet, hoc est animal, ergo rationale; sed inferre oportet, ergo rationale, vel irratiõale. At ab ipsis mẽbris ad diuisũ ꝓgrediẽtes possumus & ab omnibus simul, & singulis diuisũ inferre, vt hoc ẽ irrationale, ergo animal; itẽ, hoc ẽ rationale vel irrationale, ergo animal. Obseruãdũ etiã alterum est, vt in partitionibus cũ diuiso aliquid commune, quod de singulis prædicetur, assumamus, vt mundi

mũdi alia pars Africa, alia Asia, alia Europa; prædicatio sic est constituenda, Africa est pars mundi, Asia est pars mundi, & Europa est pars mũdi.

Secundus argumentandi modus à negatione diuisi ad negationem membrorũ diuidẽtium, & è conuerso, id est, si de aliquo diuisum negare verũ est, de eodem & membra diuidẽtia negare verum erit, vt lapis non est animal, ergo nec rationalis, nec irrationalis. Itẽ, si mẽbra negare verũ ẽ & ipsum diuisum negare verũ erit, vt lapis nõ est rationalis nec irrationalis, ergo nec animal. hic aũt modus aliter se habet, quã præcedẽs, à negatione enim diuisi procẽdẽtes omnia mẽbra simũl & singula licet negare, at ab ipsis ad diuisũ regredientes nõ ab vno solo, sed ab omniũ negatione ꝓcedere debemus, nõ.n. valet, nõ est rationale, ergo nõ est animal, valet tamen, nõ est rationale neq; irrationale, ergo non est animal.

Tertiꝰ modus est à positione diuisi, & negatione vnius mẽbri ad affirmationẽ alterius, si fuerit diuisio bimẽbris, vel à negatione duorũ vel triũ, si fuerit pluriũ mẽbrorũ, id est, si de aliquo affirmas diuisũ, & negas vnũ, aut duo mẽbra, affirmabis certè membrũ reliquũ, vt hoc corpus ẽ elemẽtũ, & non est ignis, nec aqua, nec terra, ergo est aer: leo ẽ animal, nõ rationale, ergo irrationale.

Quartus

Quartus modus est inter ipsa membra diuidentia ab affirmatione vnius ad negationem alterius, vt hoc est ignis, ergo non est aqua: hoc est caducum, ergo non est perpetuum: non tamen semper iste modus argumentandi valet, non enim sequitur, virtus est honesta, ergo nõ est delectabilis, vtrũq; enim est, nisi velis inferre, nõ eadem ratione est delectabilis, qua est honesta.

Modus loquendi interroganti triplex est. Primum enim quærenti: quæ diuisio est ista? Responde per aliquam speciem ex superius assignatis. Secundò, qualis est diuisio? Responde, bona vel mala. Tertiò, quod partibus constat hæc diuisio? Responde, duabus, tribus, secundum numerum partium, seu membrorum ipsius.

Quid argumẽtatio, quæ species, quæ præcepta ipsius sint. Cap. VIII

ARGVMENTATIO præcipuum est Dialecticæ instrumentum, quo ad probãdas veritates ignotas, falsitates q; repellendas vti solemus, hæc autem est oratio, in qua vnum ex altero cõsequi denotatur, id est, oratio, in qua propositio vna incognita, ex altera cognita probatur,

tur,& declaratur;vt ſpongia eſt animal,ergo eſt ſenſitiua. Dicitur autẽ oratio; quia vna vox Argumentatio non eſt. Dicitur,in qua vnum denotatur cõſequi ex altero,quia non ſat eſt, vt vnũ ex altero ſequatur,vt argumentatio ſit,niſi in tali oratione talis conſecutio exprimatur. Vnde iſta Argumẽtatio non eſt;ſpongia eſt animal, & eſt ſenſitiua;licet vnum ex altero ſequatur, niſi illud explicetur,dicẽdo,ſpongia eſt animal,ergo eſt ſenſitiua.ex quo fit,vt in argumẽtatione qualibet ſint tres partes neceſſariæ. Prima, illa propoſitio,ex qua altera infertur,ſcilicet ſpõgia eſt animal,quæ dicitur,antecedens,ſeu argumentũ. Altera,illa,quæ infertur ſcilicet ſpõgia eſt ſenſitiua,quæ dicitur,cõſequẽs. Tertia, illa cõiũctio, ergo,vel ſimilis explicãs conſecutionẽ, quæ dicitur,nota illationis;tota autẽ oratio ex Antecedenti,ſeu argumẽto,& conſequenti, & nota illationis conſtructa,Argumentatio eſt.

Argumẽtationis quadruplex eſt ſpecies. Syllogiſmꝰ, Enthymema, Inductio, & Exemplũ. Syllogiſmus eſt oratio,in qua ex duabus propoſitionibꝰ inter ſe diſpoſitis,tertia neceſſariò colligitur, vt Omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal,ergo omnis homo eſt ſubſtãtia. prima propoſitio maior,ſecunda minor,tertia cõcluſio dicitur.

citur. Enthymema eſt ſyllogiſmus truncatus, id eſt, qui ex vna ꝓpoſitione procedit; ad alterius probationẽ, vt Omnis homo ẽ animal, ergo omnis homo eſt ſenſitiuus. Inductio eſt à ſingularibus ſufficienter enumeratis ad vniuerſale progreſſio, vt Iſte ignis eſt calidus, & ille ignis eſt calidus, ergo omnis ignis eſt calidus. exẽplũ eſt ex vno, vel pluribus particularibus vnius particularis propter ſimilitudinẽ illatio, vt; Deus pepercit Niniuitis pœnitẽtiã agẽtib9, ergo & alijs peccatoribus parcet, ſi eos pœnituerit. Has ſpecies breuiter modò pro incipientium captu tractaſſe ſufficiat, plura enim ſuis in locis tradenda ſunt.

Nunc quæ argumentationis præcepta ſint, dicamus oportet. Eſt autem Vnum in præſentia ſolum obſeruandum, vt in argumentatione vnum verè, ex altero ſequatur, & inferatur ſicut ſequi, et inferri denotatur: quando enim talis conſequentia, & illatio deeſt, argumẽtatio vitioſa redditur, vt ſi dicas, homo mouetur, ergo currit, argumentatio mala eſt, cùm non benè inferatur hominem currere, ex eo quòd mouetur; poteſt enim moueri, & non currere, ſi tantũ ambularet; at ſi dicas, homo currit, ergo mouetur, argumẽtatio bona eſt, optimè enim colligitur, hominem moueri ex eo, quod currat: vbi diligẽter

ter debes aduertere, Vitium, vel rectitudinē Argumentationis non consistere in veritate, vel falsitate propositionum, ex quibus cōstat, sed in recta, vel nō recta vnius ex altera deductione, potest enim fieri, vt Argumentatio bona sit ex propositionibus falsis, in quibus tamē illatio recta ē vt homo volat, ergo homo habet alas. Potest etiā fieri, vt Argumentatio vitiosa sit ex propositionibus veris recta illatione deficiente, vt homo est animal, ergo habet duos pedes, propterea Argumentatio vera vel falsa non est dicēda, sed bona, vel mala, signum vnum adhiberi potest, quando consequentia mala est, nempe cùm antecedens possit esse verum consequenti existēte falso, nō quod propter falsitatem propositionis mala sit, sed quod in tali casu certum est non esse illationem rectam, cùm in consequentia bona, si antecedens verū est, & consequens verum sit, ex vero enim nō sequitur falsum. Reliqua in libro quarto tradentur.

Quis sit disputandi modus obseruā dus inter scholasticos concertantes. Cap. IX.

Disputatio

DISPVTATIO veritatis alicuius indagãdæ causa inuenta est: cum enim plurima nobis nõ statim manifesta sint, eò quò multa simul eorum veritatem impediẽtia occurrant, nec facile sit ista discernere, Disputatione indigemus, qua, proposita re, alia omnia, quæ illius nõ sunt, separantes, veram eius naturam consequamur; vnde effluxit, vt clara veritatis cognitio dicatur distincta, quasi segregata ab alijs multis, quibus rei veritas opprimebatur; & verbum Disputare optima Analogia deductum est: vt enim plãtæ & vites putantur, reiectisque inutilibus, quibus suffocatæ erant, purgantur, ita illa disceptatio, qua ea, quæ veritatem velut supprimebant, reijcuntur, meritò dicitur disputatio.

Prima regula communis. Ex his id tam Respõdenti, quam Argumentanti obseruandum maximè videtur, ne finem hunc Disputationis, qui est veritatem indagare, peruertant, dum manifestè falsa defendunt, vel circa res admodum per se notas tempus inutiliter consumunt. Vnde cauere oportet à proteruia, quod clarè falsum est, sustinendo, vel quòd manifestum est pertinaciter negãdo. Poterit tamẽ ꝓpter scholasticorũ exercitationem verum aliquando impugnari, & falsum aliquod defendi. Secũda Regula commu-

nis. Vtrique etiam id obseruandū est, vt id, cuius veritas inquiritur, & quod disputandū proponitur, quod thema, vel positio, vel quæstio dicitur, attentè cōsideretur, & disputatio circa illud versetur, vel circa ea, ex quibus illius cognitio depēdet, nec fiant extra rē digressiones, vel verba inaniter iactentur, aut repetātur. Tertia Regula cōmunis. Illud vtriq; obseruandum est, vt initio semel beneuolentiam comiter, & modestè captēt, Is qui argumentatur Magistri et circunstātium, Respondens verò solius argumentantis, vterque autem ardorem aliquem ac vim modo seruato disputationi adhibeat, hoc enim & disputātium ingenium acuitur, & circūstantium animi ad attentè, & sine fastidio, & non citra vtilitatem audiendum eriguntur.

Prima Regula Argumentantis. Argumentans maximè obseruet, vt suam argumentationem integram proponat aduersus id, quod proponitur à Respōdente defendendū, semper præmittens, sic argumētor, sic contendo, vel simile, quampost quam semel proposuerit, sinat Respōdentē suas partes agere, nec interrumpat illū, donec aliquid negetur, vel respōdeatur. Secunda regula argumentātis. Si aliquid ex ijs, quæ fuerunt ab eo proposita. Respondēs negauerit, alio argumēto conetur

netur illud probare, & postea sinat illum respon dere. Si autem aliquid ei responderit, vel aliquã solutionem adhibuerit, quæ videatur vel falsa, vel dubia, vel non cum præcedentibus dictis, aut assertionibus Respondentis cohærere; vel tandem ei libuerit impugnare, illud alio argumento conetur repellere, quod dicitur replicare, & circa id poterit multoties eadem argumẽtandi methodo vti.

Prima Regula Respondentis; Attentè consideret ea, quæ ab argumentante opponũtur; quibus propositis, fideliter eisdem verbis totam argumentationem bis reiteret, & in posteriori repetitione ante omnia inspiciat Antecedẽtis terminos, an aliquis patiatur multas significationes, vel ipsum Antecedens diuersos habeat sensus; quòd si ita fuerit, distinctione vtatur, & illum eligat sensum, qui magis ad præsentem disputationem pertinere videatur, quo facto, obseruet Secundam regulam. Vt consequentiam aduertat, quæ si ei visa fuerit vitiosa, eo quod Consequẽs ex antecedẽti non inferatur, consequentiam imprimis neget, quod fiet hoc pacto, si resumpto Antecedenti, siue verum sit, siue falsum, dicat, Transeat, quo verbo non asserit illud esse verum vel falsum, sed impertinens ad inferendum

tale consequens, & resumpto Consequēti dicat. Nego consequentiam. Differt autem inter hoc, quod est negare Consequens, & negare Cōsequētiam: Negat Consequens, qui negat illud esse verum: negat Consequentiam, qui illud siue verum sit, siue falsum ex antecedēti negat inferri. Quòd si Consequētia & illatio bona visa fuerit, vel quia necessaria, vel quia probabilis est, obseruet tertiā Regulam. In posteriori repetitione argumentationis neget antecedens, si enim admittit esse verum, cùm Consequentia bona sit, cōsequens etiā erit verū, quod erit oppositū eius, quod ipse defendit: Argumentans enim id semper inferre conatur, quod est contra positionem Defendentis: propterea videat Respondens, vt in bona consequentia Argumentantis neget Antecedens, cuius si fuerit duplex pars, neget eam, quæ prius illi falsa apparuerit, quamuis poterit et iam in consequentia nón bona, sed apparēti, vel probabili cōcedere antecedens verū, & negare cōsequentiā.

Debet tandem quatuor verbis vti Respōdēs: Distingo, Nego, Cōcedo, Respondeo. Distinguo dubia: Nego falsa, vel malas Consequentias: Concedo vera. Respondeo, quod ad difficultatis solutioenm facit. In responsione autem obseruet regulam vltimam. Cùm Solutio ab eo petita fuerit.

videat,ne quicquam contra suas assertiones, vel contra aliquam aliam solutionem ab eo datã dicat vel aliquid,ex quo facilè oppositũ contra eũ conuincatur. Hæ autem omnes regulæ vsu, & exercitatione ipsa magis manifestabuntur, & in promptu erunt.

Quid sit Terminus in communi,& Quotuplex. Cap. X.

ABSOLVTIS instrumentis tribus, prout incipientium ingenio sat erat, ad simplicissima rursus Dialecticæ Elementa redeamus oportet,quæ Grãmatici dictiones, Logici Terminos communiter vocant. Vt ab ipso nomine incipiamus,Aristoteles Terminum docet esse extremũ alicuius corporis, vel rei, extra quod nihil illius rei est,& intra quod omnia eiusdem rei sunt;quo pacto duo extrema puncta vnius lineæ dicimus terminos lineæ,quia talis linea non habet vllam suam partem extra illa,& omnes ipsius lineæpartes intra ea continentur:hac Analogia vtimur in propositionibus ipsis, quarũ extrema terminos vocamus.

Sunt autẽ propositiones(quãtum sat est modo cognoscere) orationes,quibus verè,vel falso aliquid

aliquid exprimimus,& harum extrema;quorum vnum Subiectum,alterum prædicatũ est, termini sunt,vt in hoc,homo est animal;homo, & animal,termini dicuntur,his enim clauditur illa propositio,sicut linea duobus finitur pũctis. hoc autem pacto definitio termini est. Extremum, in quod resoluitur propositio, vt in subiectum, & prædicatum. Vocamus autem subiectum id, de quo aliquid dicitur:prædicatũ verò,quod de aliquo dicitur,vt in hac propositione, homo est animal,homo subiectum, animal prædicatum est,atque ista duo sũt extrema,in quæ propositio illa vltimò diuidi potest,propterea termini dicũtur.

Cùm autem propositiones non solùm vocibus,sed etiam scripturis, & ipso intellectu sunt; vt enim voce proferimus,homo est animal;ita intellectu cognoscimus, hominem esse animal, & idem scripturæ mandamus,imò propositio in voce explicat propositiones intellectus,sicut scriptura voces exprimit;Solet communiter distingui triplex terminus,Mentalis, Vocalis, Scriptus. Mentalis terminus est cognitio correspondes termino vocali;vt enim vox homo est vnus terminus,& vnum extremum huius propositionis, homo est animal,ita cognitio in intellectu, qua cognosco talem vocem,vel rem per ipsam significatam

tam

tam, dicitur terminus Mentalis, seu notitia, vel conceptus, nam idem sunt. Pari ratione ista scriptura, homo, illi voci subordinata, dicitur terminus scriptus, vnde possent hi termini sic definiri. Terminus mentalis est extremũ, in quod resoluitur ea propositio, quæ est in intellectu. Termin9 vocalis est extremũ, in quod resoluitur ꝓpositio vocalis. Terminus scriptus est extremũ, in quod resoluitur scripta propositio. Intellige semper ꝗ resolutione in subiectũ & prædicatũ, nam apud Arist. aliæ voces seu signa, quæ in ꝓpositione sũt, præter subiectũ, & prædicatũ, nõ cẽsentur ꝓpriè termini, quales sunt, Cõiunctiones, Aduerbia, & quãtitatis signa, vt omnis, nullus, aliquis.

Terminus Mentalis seu cõceptus duplex est, Alter nõ vltimat9, Alter vltimatus. Nõ vltimat9 est cognitio, seu notitia, qua voces seu scripturas significatiuas cognoscimus. Vltimat9 vero ẽ cognitio, qua res ꝑ tales voces, aut scripturas significatas cognoscim9, vt cũ aliquis audit vocalẽ hãc propositionẽ, homo est animal, vel eam scriptam legit, prius vocum seu scripturarum singulares habet cognitiones, & hæ dicũtur conceptus non vltimati; posterius rerum significatarũ habet cognitiones, & hæ dicuntur Conceptus vltimati. vnde ignari significationis vocabulorũ solum ha-

bent conceptus non vltimatos. Conceptus Vltimatus duplex est: quidam Directus, quidam Reflexus. Directus ille est, per quẽ cognoscimus res per voces aut scripturas significatas vti diximus. Reflexus est, alter cõceptus, & cognitio, qua priores conceptus nostros cognoscimus, nempe cum intelligimus nos intelligere, & cognoscimus nos cognoscere, nõ solũ enim res ipsas cõtemplamur, sed & tales contemplationes animum ad ipsas reflectentes contemplamur, & tales posteriores contemplationes seu cognitiones, cõceptus vocamus reflexos.

Quamuis autẽ Dialectica proximè circa hos omnes conceptus versetur; voces autem nõ nisi horũ ratione attendat; tamẽ quia voces clariores sunt, & per eas magis, quæ intellectus sunt, nota fiunt, frequentiùs de vocibus in Dialectica fit sermo. Et propterea vocales terminos deinceps explicabimus. Solet autem Vocalis Terminus primò diuidi in Significatiuũ, & nõ Significatiuum. Significatiuus est, qui ad aliquam rem manifestãdam est impositus, vt homo, animal. Non significatiuus est, qui cùm nullam rẽ significet, pro se in propositione constituitur, vt Dac est vox, Blitiri est sonus, subiecta enim harum propositionũ nullius rei significatiua sunt. At quia harũ rarus

est

est vsus, ad terminos significatiuos Vocales transeamus.

De Termino Vocali Significatiuo. Cap. XI.

TERMINVS vocalis Significatiuus est vox significatiua ad placitum, ex qua simplex cōponitur propositio. Vt autem, quo pacto terminus significet, percipi possit, quid signum, quid significare sit, aduertamus. Signum est, quod præter sui cognitionem, alterius etiam cognitionem inducit, vt fumus signum ignis est: ipsius enim cognitio cognitionem ignis etiam occulti facit. Duplex ergo Cognitio, quæ Notitia dicitur, Signo cuilibet respōdet. Prior, ipsi9 met signi; Posterior eius, cuius notitiā inducit. Signum duplex est, alterum naturale, alterum Voluntarium quod ad placitum, seu ex Instituto dicitur. Signum Naturale illud est, quod ex natura sua seclusa hominū voluntate aliud facit cognoscere, sicut fumus est signum naturale ignis. Signum ad placitū, quod ex se alterius cognitionem non inducebat, sed solum, quia homines, vel alia quæuis causa id alterius signum constituit, sicut sonitus campanæ signum est lectionis ad placitum. Signum tam Natu

rale

rale,quàm ex instituto reperitur in reb9,& in vocibus.Signũ naturale in rebus,est res,quæ ex natura sua alterius facit cognitionem,vt vestigium signum est naturale animalis,& fumus ignis. Ex instituto verò est res,quæ,vt diximus,non ex natura sua,sed hominumvoluntate & instituto,vel alia extrinseca causa alterius facit cognitionem, vt ramus appositus,signum est ad placitum vini vendibilis,& sonitus lectionis.In vocibus autem signum naturale est vox,quæ ex se alterius facit cognitionem,vt gemitus est signum naturale tristitiæ,& brutorum voces naturalia signa suarum passionum sunt.Ad placitum autem est vox,quæ propter hominum voluntatem alterius cognitionẽ facit,quales sunt voces,quibus loquimur, hæ enim non ex natura sua rerum & cõceptuum signa sunt,sed quia linguarum authores has,vel illas voces rebus manifestandis adaptarunt,huiusmodi signa vocales termini sunt, dicuntur enim significare ad placitum,quasi sint signavolũtaria, & ex hominum instituto rerum manifestatiua, apud Logicos enim significare idem est, ac esse alterius signum,quod alij significare instrumentaliter vocant,quasi voces quædam instrumẽta sint, quibus res conceptas exprimimus.

Ex his autem manifesta fit termini definitio. Est enim

enim illa particula, vox, loco generis ad excludẽ da realia signa, quæ termini non dicuntur, non enim fumus, aut sonitus campanæ termini sunt. Dicitur Significatiua adplacitum, ad excludẽdas voces brutorum, & eas hominum, quæ naturaliter significãt, vt gemitꝰ, suspiria, nec enim ista termini sunt. Dicitur denique, ex qua simplex componitur propositio, vt manifestetur totũ illud, ratione cuius tales voces termini dicuntur, hoc autẽ est propositio, cuius extrema termini sunt.

Ex his omnibꝰ colligitur termino cuilibet duplicẽ in intellectu respõdere cõceptum, alter est Non vltimatus, qui ipsiusvocis cognitio est, alter vltimatus, qui est ipsius rei per talem terminum significatæ.

Terminorum alius Aequiuocus, alius Analogus, alius Vniuocus. Aequiuocus est, qui significat plura, vt plura sunt, vt hoc nomen Petrus respectu plurium, qui tali nomine nominantur, & Canis respectu Canis latrabilis, & marini, & syderis cælestis.

Analogus est, qui significat plura propter aliquem ordinem ad vnum, vt homo respectu viui, & picti: & Nero de Rege quodam & hominibus crudelibus propter ipsius similitudinem dicitur, & sanum, vt animal, quod sanitatem

tem habet,& vrinam,& pomum, quæ ad ſanitatem referũtur,ſignificat. In quo Analogo obſeruandum eſt plura eſſe ſignificata,vnũ principale, reliqua minus principalia. Principale illud eſt,ad quod ſignificandum vox primo fuit impoſita, vt illius vocis,Nero,principale ſignificatum eſt quidem rex,reliqua ſignificata minus principalia ſũt ſcilicet,homines crudeles,qui propter illius ſimilitudinem in crudelitate Nerones dicuntur. Similiter principale ſignificatum illud eſt, ad quod reliqua ſignificata reducuntur,vt in ſano Significatum principale eſt animal habens ſanitatem, reliqua enim,eatenus ſana dicuntur,quatenus ad ſanitatem animalis ordinantur;nam vrina ſana dicitur,vt ſanitatis animalis ſignum eſt,& pomũ ſanũ dicitur,quod ipſius animalis ſanitati cõducit.

Vniuocus eſt,qui ſignificat vnum,vel plura,vt in vno conueniunt,vt Petrus reſpectu vnius, & iſta vox,homo,reſpectu viuorum, quæ quamuis plures homines ſignificet,eos tamen,vt in vna natura humana conueniunt,ſignificat,in quo ab Aequiuoco differt,qui plura, vt plura ſunt, nec, vt in vno cõueniunt,ſignificat.

Sunt autem hic duæ regulæ aduertẽdæ, Prior eſt, Omnis terminus Aequiuocus vel Analogus poteſt eſſe Vniuocus,ſi ad vnum ſignificatum cõ

paretur

paretur, vt Canis respectu latrabilis, & sanũ respectu animalis. Posterior Regula. Quando terminus Aequiuocus restringetur ab vno significato, sumitur vniuocè, vt canis latrabilis ambulat. Analogus vero, cũ sine restrictione est, stat pro principali significato, vt si dicas, homo currit, sumitur pro viuis, nisi restringatur à membro minus principali dicendo, homo pictus est imago, vel ab aliquo signo demonstrante illud minus principale significatum, vt homo est bene pictus, si demonstres imaginem.

Differunt autem hi termini quantũ ad conceptus, nam sicut in *Analogo*, & *Aequiuoco* plura sunt significata, ita plures correspõdent vltimati conceptus secundum significatorum multitudinem, at Vniuoco, cùm vnum significet, vnicus correspondet conceptus. In conceptu vero non vltimato non differunt, vt enim sunt singulæ voces, seu termini, ita singulos habent conceptus nõ vltimatos.

De Termino Categorematico et communi. Cap. XII.

TERMINORVM iterum alius Categorematicus, alius Syncategorematicus, alius Mixtus. Categorematicus est, qui aliquid vel ali-

qua per se significat, vt homo, populus, album: Syncategorematicus, qui nihil per se significat, tamē alteri termino adiunctus illū facit aliter significare, vt oīs, nullus, non, quæ dicūtur aliqualiter significare, id est, aliquem modum applicat termino, cui iungūtur, quamuis hæc proprie non sunt censenda pro terminis, cùm nec subiecti, nec prædicati locū habeāt. Mixtus est, qui aliquid aliquo modo in se significat, vt doctè, sapiéter, qui dicūtur Categorema in se includere. Pari ratione ista propriè termini nō sunt, sed verborum modi, vt inferius dicemus.

Solet Categorematicus terminus in Cōplexū & in Incōplexum subdiuidi. Cōplexus est, cuius partes per se significatiuæ sunt, vt homo iustus. Incōplexus, cuius partes per se nō sunt significatiuæ, vt homo. Illæ partes dicūtur per se significatiuæ, quæ retinent significationem, quā ante habebant, quando non erant simul iunctæ. Hoc autē cognoscitur, cum totum nihil aliud significat, quam partes, quod non fit in hac voce, dominus.

Vnde quatuor necessaria sunt ad terminū cōplexū. Primum, vt sit quoddā totū, id est, habeat aliquā vnionē pluriū dictionū, quod significatur in hoc quod dicitur, cuius partes; si enim partes habet, totū est, vnde istæ voces, homo, animal, leo

non

nõſunt terminus cõplexus,ſed plures termini,cũ nullã copulationẽ ad inuicẽ habeant. Secundũ, vt hæ partes ſint ſignificatiuæ,ad excludẽdas voces ſimplices,quæ partes habẽt nempe ſyllabas, ſed hæ non ſignificãt. Tertiũ,vt ſic iſtæ partes ſignificent,vt per ſe ſignificent,id eſt,vt earũ ſignificatio ſit tota ſignificatio toti9,& totũ nihil aliud ſignificet,quã partes,ad excludẽdas voces ſimplices aliquas,cuius partes vidẽtur ſignificare,vt domus,dominus, non tamen eſt eadem ſignificatio totius.Eſt igitur quartũ,vt partes non ſignificent eandem rem,tũc enim eſſet terminus incomplexus,vt.M.Tullius Cicero.

Sub diuiditur iterũ Categorematicus in commune,& ſingularẽ.Cõmunis,qui & Vniuerſalis dicitur,eſt cuius ſignificatio non ꝓhibet illũ à multis vniuocè participari,ſicut equus,arbor, hõ, quãuis enim nõ eſſet in mundo, niſi vnus equus, vna arbor,aut vn9 homo,illi eſſent cõmunes termini cũ ex parte ſuæ ſignificationis apti ſint ad multa vniuocè ſignificãda,ſi multa eſſent,vnde ſol,Phœnix ſunt termini cõmunes, ſi enim eſſent plures ſoles & Phœnices, his eisdẽ nominibus ſignificarẽtur. Dixi,à multis participari, intellige, ſeorſũ de ſingulis,aut binis,vnde Roma, Mãtua nõ ſunt termini cõmunes,licẽt plura ſignificẽt, quia non ſeor-

seorsum, non enim quilibet ciuis est Roma, aut Mantua, propterea pôtest sic definiri, Terminus communis est, qui plura diuisim significat. Dixi, vniuocè, quia hoc nomen Petrus potest pluribus adaptari, sed non vniuocè, ideo nō est terminus Communis. Singularis est, cuius significatio prohibet illum à multis vniuocè participari, vt Petrus: vel aliter, qui vnū tantùm significat, aut plura coniunctè, vt Roma, Mātua. Ex his liquet hoc Complexum, Petrus, vel Paulus, seu quoduis disiunctum ex terminis singularibus esse terminum communem, cū de singulis seorsum prædicetur, demōstrato enim Petro, verum est dicere, iste est Petrus, vel Paulus. Idem etiam demōstrato Paulo: at si copulatiuè sumantur, quodlibet complexum terminus est singularis, cū seorsum de multis nō prædicetur. At complexa, quæ ex terminis communibus fiūt, siue ex vtroque communi, siue ex vno singulari, altero communi, tam copulatiuè, quàm disiunctiuè termini Communes sunt, quia de singulis inferioribus aut saltem binis prædicantur, vt homo & leo; homo vel leo, Petrus & leo; Petrus vel leo.

Subdiuiditur Communis in Transcendentem, & non Transcendentē. Transcendens est qui omnia significat, vt Res, Ens, Vnum, Bonū, Aliquid,

verum,quæ hoc vocabulo ex singulis initialibus literis confićto clauduntur,Reubau.quamuis isti non proprie communes existant,cũ analogi sint. Non Transcendens est,qui limitatam habet significationem,vt homo.

Singularium quidam Collectiuus,quidam Determinatus,quidam Vagus, quidam Ex suppositione.Collectiuus est, qui tantum plura coniunctè significat,vt Roma.Determinatus, qui vnum tantum significat,vt Petrus.Vagus, qui vnum significat indeterminatè,vt hic homo. Ex suppositione,qui vnum significat,& potest plura significare,vt filiꝰ hominis,filiꝰ Cæsaris,supposito quod vnum habuerit filium,& hi singulares in supponendo,communes in significando dicuntur.

De Termino connotatiuo, et absoluto. Cap. XIII.

TERMINORVM Categorematicorum,& Incomplexorum alius est terminus Concretus,alius Abstractus. Iterum alius Cõnotatiuus, & alius Absolutus.Concretus est, qui ab alio denominatur,vt homo,album.Abstractus,à quo alius demominatur,vt humanitas,à qua homo: al

bedo,à qua album dicitur.Connotatiuus, qui ſignificat aliquid per modum adiacentis. Abſolutus,qui ſignificat per modum per ſe ſtantis.Differunt autem hæc quatuor; Adiacere,Per ſe ſtare, Significare, Connotare; duo priora competunt rebus ſignificatis, duo poſteriora terminis ipſis ſignificantibus.Illa res adiacere dicitur largè vocabulo ſumpto,quæ alteri ineſt,& in alio ſuſtentatur,ſicut veſtes adiacent homini,& accidentia ſubſtantiæ,& partes toti,licet illud propriè dicatur adiacere, quod alteri ineſt, & non eſt pars, nec de natura eius,ſicut veſtis,& accidentia propriè adiacent.Illud verò Per ſe ſtat, quod alteri non adiacet,quamuis alia ſint in ipſo,vt homo, animal;terminus igitur nondicitur abſolutus ex eo,quod ſignificet rem,quæ per ſe ſtat, ſed quia illam ſignificat,ac ſi per ſe ſtaret,vt albedo,iuſtitia, nec terminus dicitur cõnotatiuus, quia ſignificat rem, quæ alteri adiacet, ſed quia ſignificat per modum adiacentis,ſiue adiaceat,ſiue non.

Vnde duplex Connotatiuus, Extrinſecus, & Intrinſecus.Intrinſecus, qui ſignificat per modũ adiacẽtis rem,quæ non adiacet,vt corporeus,animatus.Extrinſecus,qui ſignificat per modum adiacẽtis rẽ,quæ propriè adiacet,& hic denominatiuus dicitur,vt album,veſtitum.

Signi-

Significare autem est aliquid ex impositione manifestare, vt homo hominem significat. Cõnotare, est id manifestare, quod ex impositione sequitur, vt album significat albedinem, vt adiacet alteri. Et quia adiacet corpori dicitur connotare corpus. Alij, quod nos dicimus Connotare, vocant significare de materiali; quod nos vero significare, dicunt Significare de formali; vtrunq; nomini connotatiuo inest, nec est idem Concretus & Connotatiuus, homo enim concretus est, non connotatiuus, licet omnes connotatiui cõcreti sint, nec idem abstractus quod absolutus. Corpus enim absolutus est, non tamen abstractus, quamuis omnes abstracti absoluti sint.

His sub diuisionibus explicatis iterum terminus à principio diuiditur in terminum primæ intentionis, & terminum secundæ intentionis. Primæ intentionis ille est, qui ad res ipsas significandas est impositus, vt homo, album. Secũdæ intentionis est, qui ad significãdos terminos & voces, quatenus res significãt, est impositus, vt nomen, verbũ, oratio, definitio; ꝑpterea enim primæ intẽtionis dicuntur, id est, primæ impositionis, quia prius termini ad significãdas res impositi fuerũt; posterius autem sunt etiam impositi alij termini ad ipsos priores terminos significandos, ideo

ſecundũ intentionis,id eſt,impoſitionis dicũtur, vt ſicut priores termini res ſignificant, ita etiam poſteriores ipſos terminos ſignificent, ſeu voces rerum ſignificatiuas. Dico autem rerum ſignifica tiuas, quia termini ſignificantes ſolas voces ſecũdum ſe primæ intentionis ſunt, vt hi, vox, ſonus, gemitus, ſuſpirium.

De Termino in numero plurali. Cap. XIIII.

HVCVSQVE terminum vnumquẽque per ſe diuiſimus, at ſi vnum alteri comparemus, complures exiſtẽt terminorum ſpecies: alij enim ſunt Pertinentes, alij impertinentes. Impertinentes ſunt, qui ad inuicem ſic ſe habent, vt nec repugnent inter ſe, nec ſe in bona cõſequẽtia inferãt, vt album, iuſtum, hæc enim non repugnant, quia poſſunt vni ineſſe, aliquis enim poteſt eſſe albus, & iuſtus: nec ſe inferunt, non enim eſt bona conſequentia, hoc eſt album, ergo iuſtum, nec ẽ conuerſo, quia alterum ſine altero eſſe poteſt. Pertinẽtes ſunt, quorum alter alteri repugnat, vt albũ & nigrum: homo, & equus, non enim iſta duo vni ineſſe poſſunt: vel ſimiliter, quorum vnus alterum infert, vt homo, riſibile, iſti dicuntur Pertinentes

nentes ſequela, illi pertinentes repugnantia, Pertinentium ſequela, alij ſe habent vt ſuperior & inferior, vt homo & animal. Inferior eſt qui alterũ infert, & non infertur ex illo, vt homo. Superior, qui ab altero tãtum infertur, vt animal reſpectu hominis. Inferior exceſſus, ſuperior excedens dicitur. Alij conuertibiles, qui ſe inuicem inferunt, vt homo, riſibile, alij ſinonymi, qui ſignificant eandem rem, cum diuerſæ ſint voces, vt veſtis, indumentum.

In his autem pertinentibus ſunt, aliquot modi argumentandi obſeruãdi. Primus circa ſuperiorẽ & inferiorẽ. Ex parte alicuiꝰ ſubiecti ſi de aliquo affirmatur inferior, affirmabitur ſuperior, vt homo eſt animal, ergo eſt viuens, nõ autẽ contra, ſi de aliquo affirmatur ſuperior, affirmabitur inferior: non enim valet, hoc eſt viuens, ergo hoc eſt animal, quia viuẽs eſt ſuperius animali: negatiuè autem valet; contra à ſuperiori ad inferiorem, vt hoc non eſt animal, ergo non eſt homo, non autẽ, hoc non eſt homo, ergo non eſt animal. Secundus modus ex parte prædicati, & tunc valet affirmatiuè & negatiuè, ex parte vtriuſq; ſcilicet, quicquid affirmatur, vel negatur de inferiori, affirmabitur vel negabitur de ſuperiori particulariter tamẽ ſumpto, vt homo currit, ergo aliquod animal

 currit,

currit, homo nõ est irrationalis, ergo aliquod animal nõ est irrationale. Similiter, quicquid affirmatur, vel negatur de superiori vniuersaliter tamen sumpto, etiam affirmabitur, vel negabitur de inferiori, vt omne animal est sensibile, ergo homo est sensibilis. Item nullum animal est incorruptibile, ergo homo non est incorruptibilis. Tertius modus argumentandi est in conuertibilibus & Sinonymis, in quibus sunt idem modi, qui erãt in definito, & definitione, nempe, de quocunque affirmatur, vel negatur vnꝰ, affirmatur, vel negatur & alter; & quicquid affirmatur vel negatur de vno, affirmatur vel negatur de altero, vt superius diximus.

Pertinentium repugnantia, alij disparati, alij contrarij, alij priuatiui, alij contradictorij, alij relatiui. Disparati, qui significanres diuersas, vt homo, equus. Contrarij, qui significant res, quæ ab eodem subiecto mutuo se expellunt, vt calidum, frigidum. Priuatiui, quorum vnus significat carẽtiam alterius cum aptitudine, vt videns, cæcum. Dicitur enim cæcum, quod non videt, erat tamẽ aptum, vt videret. Contradictorij, quorum vnus exprimit negationẽ alterius, vt currens, nõ currens, & tales termini negati infiniti dici solent. Relatiui sunt, quorum vnus significat ordinem

ad alium,vt pater ad filium, & filius ad patrem.

His omnibus vnus est communis argumentādi modus,nempe ab affirmatione vnius ad negationem alterius,vt hoc est album , ergo non est nigrum,homo est rationalis, ergo non irrationalis.Non autem valet à negatione vnius ad affirmationem alterius;non enim dicitur benè, hoc non est album,ergo est nigrum ; potest enim aliquid esse nec album,nec nigrum, quale est cælū. Si qua alia circa hæc supersunt,alibi dicēda sunt, atque hæ diuisiones sufficiant terminorum, quæ præcipuè necessariæ visæ sunt.

De Nomine,& Verbo. Cap. XV.

ENVNCIATIO simplex ex nomine & verbo tanquam ex duabus partibus,nomine,vt materia;verbo,vt forma,constat.Nomen autem est vox significatiua ad placitum sine tempore, cuius nulla pars separata est significatiua, finita & recta.differunt significare tempus, importare tempus, & significare cum tempore. Id tempus significat, quod impositum est ad explicandum; vel tempus totum, vel aliquam ipsius partem, vt hi termini, dies, hora, tempus. Id conno-

tat vel importat tempus, quod significat aliquid, quod tẽpore determinato fit, vt cœna, prandiũ, Id cum tempore significat, quod significat vel esse vel aliquam actionem, vel passionem, quæ fiunt in tempore, & ea significat prout fiunt in tẽpore, vt currit, vincit. Primum, & Secundũ nomini conueniunt. Tertium verbo, & participio, non nomini, propterea ad separandum Nomen à Verbo, & participio in ipsius definitione ponitur illa pars, sine tempore. Adiungitur præterea, quod nulla pars nominis separata significet, ad differentiam orationis, quæ nomen non est, cum ipsius partes per se significent, vt dicemus. Nomẽ enim incomplexus terminus est, quod si compositæ figuræ nomina ex partibus significatiuis constare vidẽtur, tales tamen partes, cum in compositione sunt, iã non significaut, cuius signum est, quod aliquando etiam pristinum charactere amittant, quod si aliquæ retineant, id per accidens est, nec necessariũ. Dicitur præterea, finita, ad excludendas negatas voces, vt non homo, non leo, quæ cum nihil certi aut determinati significẽt, simpliciter, nomina dicendæ non sunt, additur vltimo, recta, propter obliquos casus, qui cum per se partes propositionis non sint, nisi rectis adiuncti sint, nomina non sunt, sed nominum casus.

Verbum

Verbum est vox significatiua ad placitum cum tempore, cuius nulla pars separata est significatiua, finita, & recta, & est eorum, quæ de altero dicuntur, nota. In qua definitione aliquæ particulæ cum nominis definitione communes vidētur, quãuis non eadem ratione hic, & illic constituantur, hic enim dicitur, quod nulla pars verbi sit significatiua per se, ad excludendas orationes ex pluribus verbis, vt currere est moueri: legit, & studet: sicut in definitione nominis excludebantur oratio nes ex pluribus nominibus, vt homo iustus. Præterea dicitur finita, ad excludendum verbum infinitum, vt non currit, non vincit, quod cum nullã actionē determinatã significet, verbũ non est.

Circa quod aduerte; verbũ tria habere. Primũ enim significat aliquam operationē, vt curro cursum, disputo disputationem, in quo cum nomine conuenit, ac propterea dicitur, vox significatiua ad placitum, sicut & nomen. Secundo illam significat, vt sit in tempore, in quo à nomine differt, sed cum participio communicat, propterea dicitur cum tempore, ad differētiam nominis. Tertio illã vnit cum aliquo nomine subiecto, vt homo currit, & hoc proprium est verbo, ac propterea dicitur, est nota eorum, quæ de altero prædicantur: quãdo autem audis, verbum infinitari, hoc intellige,

llige, quando negatio eiusſignificationẽ deſtruit, vt idem ſit, non diſputat, ac eſt, non diſputans. dicitur tandem recta; vt enim in nomine ſolus rectus nomen dicitur, reliqui obliqui caſus, ita verbum præſentis indicatiui verbũ eſt, præteritum, & futurum caſus verbi. hoc autem fit, quia propoſitio ſimplex non cõflatur ex alijs modis præter indicatiuum, in quo præteritum, & futurum ad præſentis normam expenduntur, nam præteritum nihil aliud eſt quam, quod fuit præſens, futurũ, quod erit præſens, ideo præcipua ratio verbi in præſenti conſiſtit, quamuis non ſit negandũ præteritum & futurum verba eſſe, cũ ex eis propoſitiones fiant.

De Oratione, & Enunciatione. Cap. XVI.

ORATIO eſt vox ſignificatiua ad placitũ, cuius partes ſeparatæ ſunt ſignificatiuæ, vt dictiones. Id autẽ ſignificat, vt dictio, quod terminus eſt, vt ſit ſenſus; oratio eſt vox ſignificatiua ex pluribus ſimplicibus terminis compoſita, nec obſtat orationẽ aliquam ex ꝓpoſitionibus aliquando eſſe conflatam, vt Deus eſt verax, & homo eſt mẽdax, tales enim orationes etiam ex dictioni-

dictionibus simplicibus cõponuntur, propterea orationes sũt. Oratio quædã imperfecta, quædã perfecta. Imperfecta est, quæ nõ constituit quietũ audientis intellectũ, sed suspensum dimittit, vt si venires ad me. Sunt autẽ illæ omnes orationes imperfectæ, in quibus nõ est verbũ, & in quibus est relatiuum cum vnico verbo, & in quibus sunt dictiones, quæ virtutem habent suspendẽdi & non est nisi vnicũ verbũ, vt vbicunque, quãdocunque. Oratio perfecta est, quæ perfectũ generat sensum, & intelligentiam, vt homo studet.

Harum quædam enunciatiua, quædam non enunciatiua est. Enunciatiua est, quæ cum perfectum generet sensum, verè vel falsò significat, vt Deus est iustus. Non enunciatiua illa est, quæ cum perfecta sit, nihil veri, nihil falsi significat, qualis est oratio interrogatiua, imperatiua, optatiua, & similes, quia Dialecticus in vniuersum non curat, qui solum verum vel falsum indagat. Est igitur enunciatio, quæ communiter propositio dicitur, oratio perfecta, quæ verè vel falsò significat, vt leo nõ est animal, homo disputat. Est autem quædam simplex, quam Categoricã: quædã composita, quam hypotheticam alij vocant. Simplex est enunciatio constans ex subiecto, copula, & prædicato tanquam partibus præcipuis.

Subie-

Subiectũ id est, quo aliud dicitur, vt homo in hac propositione, homo est Dialecticus, quod aliquã do vna dictio est, aliquando vna integra propositio, quoties est cum relatiuo, qui, & quoties materialiter accipitur, vt fit in hac, homo, qui est iust9 spernit mũdum, vbi totũ id, homo, qui est iustus, locũ habet vnius subiecti: similiter in hac, homo ẽ animal, est propositio, homo est animal, subiectũ est, quia materialiter sumitur, & ĩ his vtrisq; illud verbum, quod in tali propositione, quæ subiectũ est, inest, dicitur minusprincipale. Copula est ipsũ verbum, Prædicatum est id, quod de alio dicitur, sicut, dialecticus in illa ꝓpositione, homo est dialecticus.

Euenit aliquando propositiones non habere aliquod prædicatum, & tunc copula totalis prædicati locum habet, & huiusmodi propositio, de secundo adiacente dicitur, vt homo est: aliquãdo præter copulam prædicatum aliud inest, & huiusmodi de tertio adiacẽte dicitur, vt Deus ẽ bonus.

Enunciatio Hypothetica est, quæ ex pluribus simplicibus principalibus, vel earum locum habẽtibus componitur, vt virtus est sequenda, & vitiũ fugiendũ, dicitur autem locũ simplicium habentibus, quia enunciationes aliquãdo fiunt ex orationibus, quæ licet simplices nõ sint propositiones, earum

earum tamen virtutem habent,vt si homo studeret esset doct9.Omissa igitur hypothetica,ad simplicem manifestandam priùs accedamus.

De Materia,forma,& qualitate, simplicis Enunciationis. Cap. XVII.

QVEMADMODVM in re aliqua naturali quatuor præcipuè philosophi considerãt, Materiam nempe,ex qua res facta est. Formam, per quam est.Passiones,& proprietates à tali re procedentes,quas qualitates vocant, & denique magnitudinem & dimensionem rei,quæ quãtitas dicitur,ita proportione quadam hæc quatuor in enunciatione,quæ compositum quoddam est, logici speculantur. Enunciationis materia est ordo & habitudo quædam inter subiectum,& prædicatum.For ma est ipsorum vnio & connexio,quam verbum importat.Qualitates sunt,quòd affirmatiua sit, quod negatiua,vera,aut falsa. Quantitates autem,quòd vniuersalis , particularis,aut indefinita sit ,vt suo ordine trademus.

Cum igitur Enũciationis materia sit habitudo prædicati ad subiectum,fit,vt cum tripliciter prædicatum se ad subiectum habere possit,triplex sit & pro-

& propositionis materia. Prima est naturalis. Altera cōtingens. Tertia Remota. Naturalis est in qua prædicatū, vel est definitio subiecti, vel pars definitionis ipsius, vel subiectū est de definitione prædicati, vt homo est animal, homo est rationalis, homo est animal rationale, homo est risibilis. Similiter etiam harum negatiuæ. Contingens est quando prædicatum sic inest subiecto, vt possit non inesse, vel sic non inest, vt possit inesse, vt equus est albus, homo disputat. Remota est, quū prædicatum sic non inest subiecto, vt nunquam inesse possit, vt homo est leo, album est nigrū, & harum omnium negatiuæ: in eadem enim materia sunt negatiuæ, in qua & affirmatiuæ. De forma autem enunciationis nihil aliud, quam quod de verbo dictum est, tractare modo oportet.

Circa qualitatem autem, Enunciatio simplex in veram & falsam diuidi primo potest. Vera ē, quæ rem ita se habere significat, sicut se habet, vt homo est animal. Falsa, quæ aliter significat, quā res se habeat, vt homo est leo, nec eodem modo veritas vel falsitas in omni simplici enunciatione sumenda est. Enūciationes namque de præterito & futuro ex præsentis ratione dependent. tunc propositiò de præterito vera erit, si aliqua præsentis eiusdem præcesserit vera. Similiter & propositio

positio de futuro, si aliqua de praesenti futura sit vera, & tales enũciationes de praesenti, dicũtur propositiones de inesse, vt Petrus cucurrit, erit vera, si ista, Petrus currit, fuit aliquando vera. Similiter & ista antichristus erit, est vera, si aliquãdo ista, Antichristus est futurus, sit vera.

Praeterea est etiã propositio aliqua necessaria alia impossibilis, alia contingens. Necessaria est, quae significat ita rẽ esse sicut est, nec aliter se res habere potest, vt homo est animal. Impossibilis, quae aliter significat, quàm res se habet vel habere potest, vt homo est leo. Cõtingens est, quae significat rem sic se habere, qualiter se habere, & non habere potest, vt homo currit. Necessaria semper est vera, Impossibilis semper est falsa. Cõtingens aliquando vera, aliquando falsa. Propositio in materia Naturali affirmatiua est necessaria, vt homo est animal. Negatiua impossibilis, vt homo non est animal. In materia remota cõtra, negatiua necessaria, vt homo non est lapis, affirmatiua impossibilis, vt homo est lapis. In materia vero cõtingenti vtraq; contingẽs & affirmatiua, & negatiua, vt homo currit, homo non currit. Enunciationum simpliciũ quaedam affirmatiua, quaedam negatiua. Affirmatiua est cuius copula principalis affirmatur, vt homo est animal.

Deus

Deus est verax. Negatiua, cuius copula principalis negatur, vt vitium non est virtus. Dico autem de copula principali, quod negetur, vel affirmetur non enim habēda est ratio copulæ minus principalis, quā superius explicuimus. Erit enim enunciatio affirmatiua, si copula principalis affirmatur, etiā copula minus principali negata, qualis ē ista, qui mecum nō colligit, dispergit: & contra erit negatiua, copula minus principali affirmata, si tamen principalis negetur, vt qui sequitur Christum, non ambulat in tenebris. Dico etiam, vt copula negetur, vel affirmetur; quando enim negatio vnicum extremum negat, quod fit in terminis infinitis, enunciatio affirmatiua erit, vt lapis est non animal, non homo est albus.

Sunt autē Enunciationes aliquæ, quæ duas habēt copulas principales, & simplices sunt formaliter, quāuis virtute cōpositæ sint, vt Petrus fuit, & est iustus: homo viuit, & viuet, & in his accidit aliquando vnam copulam affirmari, & alterā negari, vt Petrus non venit, sed veniet; homo viuit, aut non viuet, & tales ꝓpositiones, quamuis formaliter mixtæ sint, quia partim affirmatiuæ, partim negatiuæ sunt; tamē virtute vel affirmatiuis vel negatiuis ad scribendæ sunt. Pro quarū cognitione hæc regula est obseruanda, vt si fuerit sub disiun-

disiunctione, adscribatur negatiuæ, vt Petrus nō viuit, vel citò morietur: si autem sub copulatione adscribatur affirmatiuæ, vt Petrus studet, & non studebit. Et hoc est quod alij aliter dicūt, nempe si talis propositio infert in bona cōsequētia affirmatiuam simplicem, ipsa est affirmatiua, qualis ē illa sub copulatione, valet enim Petrus studet, & non studebit, ergo Petrus studet: quòd si ipsa inferatur ex negatiua simplici, erit etiam negatiua, qualis est illa sub disiunctione, valet enim, Petrus non viuit, ergo Petrus nō viuit, vel citò morietur, nam disiunctiua ex vna parte inferri potest.

Ad hoc genus Enunciationum reducūtur illæ, in quibus est multitudo negationum, est enim malignātis naturæ, Quicquid post se inuenit, negat, & oppositum reddit: si inuenit affirmatū, negat, vt homo non est lapis: si inuenit negatum, iterum negat, & virtute affirmatum reddit, negare enim negatū est virtute affirmare, vt nullus homo non est animal, id est, omnis homo est animal: vnde dici solet, paritas negationum affirmat, imparitas negat, sed hoc intellige virtute, nam semper negatio negat, negat autem id solum, quod post se est, vt homo non est bonus, illa negatio nō negat subiectū, sicut ista, nullus homo est bonꝰ, nullus impius est gratus Deo.

E De

De Quantitate Simplicis Enunciationis. Cap. XVIII.

ENVNCIATIO simplex secũdũ quãtitatẽ, quadruplex est: quædã vniuersalis quædã particularis quædã Indefinita, quædã Singularis. Vniuersalis est, in qua subiectũ est terminus cõmunis signo vniuersali determinatus, vt omnis homo appetit bonũ, nullus impius habet pacẽ. In his denotatur quòd omni indiuiduo subiecti prædicatum competit, vel ab eo remouetur. Particularis est, in qua subiectum est terminus communis aliquo signo particularis dererminatus, vt aliquis homo disputat, in qua denotatur quod nõ omni prædicatum conueniat, & non ab omni remoueatur. Indefinita, cuius subiectũ est terminus cõmunis communiter acceptus, nullo tamen signo determinatus, vt homo currit. Hæ autem indefinitæ in materia naturali æquiualent vniuersalibus, & earum frequens est in scientijs vsus, vt homo est animal, huic æquiualet, omnis homo est animal. Singularis est, in qua subijcitur terminus singularis, vel terminus communis signo demonstratiuo determinatus, vt Paulus fuit decapitatus, iste homo est iustus.

In

In his omnibus diligenter attende, non esse ha bendã rationem prædicati, sed subiecti; quantumcunq; enim prædicatum sit cõmune, si subiectum singulare sit, & Enunciatio singularis erit; vt Petrus est homo; seu, Petrus est omnis homo. Similiter etiam, si subiectũ commune sit, quanuis prædicatum sit singulare, enunciatio communis erit vt aliquis homo est Paulus. Cùm igitur triplex sit Enunciationis facta diuisio secundum species aliquo modo, cùm in Categoricam, & Hypotheticã. Secundum qualitatem, cum in Veram, vel falsam, Affirmatiuam, & negatiuam. Secundũ quãtitatem, cùm in Vniuersalem, Particularem, Indefinitam, & Singularem diuisa est, triplex erit etiam interrogandi & respondendi modus. Quæ Enunciatio est ista? Qualis Enunciatio est ista? Quanta Enunciatio est ista? Ad primum Respõde, esse Categoricam, vel Hypotheticam. Ad secundũ per qualitatem esse verã vel falsam, affirmatiuam, vel negatiuam. Ad tertium, Responde per quantitatem, esse Vniuersalem, Particularẽ, Indefinitam, vel Singularem.

De Enunciatione Hypothetica. Cap. XIX,

SVPRA, quid esset Enunciatio Hypothetica, definiuimus. Est enim ex simplicibus Enunciationibus, vel ex complexis locum simplicium habentibus, media aliqua coniunctione composita. Huius tres sunt species, Conditionalis, Copulatiua, Disiunctiua. Cōditionalis est, in quavna parte concessa posterior sequitur, vt si homo currit, homo mouetur. Copulatiua, in qua cōiungūtur partes per cōiunctionem copulatiuā vt, Deus est bonus, & iustus saluatur. Disiunctiua, in qua partes iunguntur per copulam disiunctionis, vt ego moriar, vel tu non viues.

Conditionalis diuidi solet in Causalé, rationalem, & particulariter conditionalem. Causalis, in qua coniunctio est causalis, vt quia Sol lucet, dies est. Rationalis, in qua est cōiunctio illatiua, vt sol lucet, ergo dies est. Conditionalis, in qua coniunctio est cōditionalis, vt si sol lucet dies est. Hæ autem tres communiter conditionales dictæ & cōsequentiæ quædā & simul enunciationes sunt. Cōsequentiæ, quia in eis vnum ex alio denotatur inferri: enunciationes, quia in eis verum vel falsum exprimitur. Vt consequentiæ sunt, bonæ vel malæ dicuntur, & ex antecedenti, & consequenti cōstant. Est autē antecedens in conditionali & causali, quod immediatum est post coniunctionem,

quale

quale est id, Sol lucet, in his, si sol lucet, dies est, quia Sol lucet, dies est, reliquum est consequens. In Rationali verò, quod antecedit coniunctionē, antecedens est. Earum autē trium rectitudo, vel vitiū, vbi in bona, vel mala consecutione vnius ex altero consistit, vt superius diximus. Qua partes verò Enunciationes sunt, veræ, vel falsæ, necessariæ, impossibiles, & contingentes sicut reliquæ dicuntur. Et quātum ad hoc, Rationalis à Copulatiua non differt, ita vt possimus quatuor species Enunciationis Hypotheticæ constituere. Copulatiuam, Disiunctiuam, Propriè conditionalem, & Causalem.

Ad Copulatiuam multæ Enunciationes reducuntur, hæ nēpe, in quibus est aliquod aduerbiū temporis vel loci, vel cōiunctiones aduersatiuæ, vel relatiua, vt dum lego vos auditis: vbi est magister, est discipulus: Paulus est sanctus, sicut Petrus: tanta est turris quantus mons; qualis pater, talis filius, & multæ aliæ huiusmodi. Hic autē Hypotheticam pro composita Enunciatione accipimꝰ, quamuis antiqui aliter eo vocabulo vsi sint vt inferius trademus.

Harum veritas, & falsitas nō eodem modo in omnibus pensanda est. Veritas enim Copulatiuæ & Rationalis in suarum partiū omnium veritate

consistit, vt tunc Copulatiua vel Rationalis vera sit, cũ omnes eius partes veræ sunt. Vnde ista vera; Ignis est calidus, & aer est humidus, terra autem sicca, singulæ enim partes veræ sunt. Eius autem falsitas ex partium falsitate, siue omniũ, siue vnius solum prouenit, adeò vt si Copulatiua quatuor, aut quinque partes aut pluresha beat, inter quas vna inueniatur falsa, tota etiam copulatiua falsa erit, qualis est ista, terra est grauis, & ignis leuis, & aqua non est elementum, tota est falsa, cùm tertia eius pars falsa sit.

Disiunctiua autẽ vera est, cùm vna eius pars ẽ vera, adeo vt si plures partes veræ simul aut falsæ sint, tota etiam disiunctiua falsa sit: vnde hæc vera est, ignis est calidus, vel non est calidus, Petrus stat, vel non stat: hæ autem falsæ, homo est animal, vel homo est risibilis, quia vtraque pars vera. Similiter, homo non est animal, vel homo non est risibilis. ita sentiebant antiqui Græci, & Latini de disiunctiuæ veritate, vel falsitate, quamuis recentiores non admodum propriè Disiunctiuis vtentes existimant Disiunctiuam, cuius nõ solùm vna pars, sed etiam omnes veræ sunt, & ipsam etiã esse verã; præsertim, quãdo disiunctiuæ fiunt ex partibus inter se nõ oppositis, vt Petrus ambulat, vel Paulus studet, tũc autẽ falsa est solũ disiun

disiunctiua, cùm omnes partes falsæ sunt.

Conditionalis auté veritas solū in illatione cō sistit, vt illa sit Cōditionalis vera, quæ cōsequētia sit bona, illa verò falsa, quæ Consequētia sit mala, siue propositiones veræ sint, siue falsæ: propterea dici solet, Conditionalis nihil ponit in esse; vnde ista vera est, nullo homine currente, si homo currit, mouetur, cum sit recta illatio, ista verò falsa, etiam homine currente, si homo mouetur, homo currit, cùm non sit recta illatio.

At Causalis plura petit ad sui veritatem, nempe, quod vtraque pars sit vera, & antecedens sit causa consequentis, adeò vt ex vnius horum defectu falsa sit; vnde ista est vera, quia ignis est calidus, ignis est leuis, non solùm quia vtraque pars vera est, sed etiam, quia antecedés, scilicet, ignis est calidus, est causa consequentis, quod ignis sit leuis. Ista verò est falsa, quia fumus est, ignis est; fumus enim non est causa ignis: Similiter & ista falsa est, nullo homine currente, quia homo currit, homo mouetur, cum prior pars sit falsa. Hæc omnia intellige in affirmatiuis Hypotheticis, nā negatiuæ opposito modo se habent. Sunt enim ad affirmatiuam rationem examinandæ. Negatiua enim est falsa, cuius affirmatiua vera: vera autem, cuius affirmatiua falsa.

De reliquis Accidétibus Hypotheticæ Enunciationis, Cap. XX.

NON solùm Hypotheticæ Enunciationes veræ aut falsæ, sed etiam necessariæ, impossibiles, & contingentes sunt, ac reliqua acidétia, quæ simplicibus insunt, participant, quamuis non eodé modo omnibus accidát. Copulatiua enim Necessaria est, cũ omnes eius partes necessariæ sũt, qualis est ista; homo est animal, & Deus est viuus. Illa autem Contingens est, cuius vtraque pars est Contingens, & compossibilis, vt homo studet, & leo currit. Dico autem, vt pars vtraque sit cõpossibilis, id est, vt simul vera, vel simul falsa esse possit, nam cùm incõpossibilis est, id est, vt simul vera, vel falsa esse non possit, quamuis vtraq; pars sit Contingens, Copulatiua non erit Contingens, sed potiꝰ impossibilis, qualis est ista, Petrus stat, & Petrus non stat, similiter ista, ego lego, & ego non lego. Potest etiam copulatiua cõtingens esse, quando vna pars est necessaria & altera Contingens, qualis est ista, homo est animal, & equus currit; nam ratione vnius partis contingentis poterit tota copulatiua aliquando esse vera, aliquã do falsa. Vera quidem, cùm contingẽs simul cum

necessaria fuerit vera: tūc enim vtraq; pars vera erit falsa aūt, cùm sola cōtingens, fuerit falsa, manente etiā necessaria vera; quia ex vnius falsitate tota copulatiua fit falsa. Illa verò est Impossibilis cuius vel omnes partes sunt impossibiles, vel solùm vna pars, vel tandem vtraque pars fuerit cōtingens, sed incompossibilis, vt diximus; vnde ista est impossibilis, homo nō est animal, & homo nō est rationalis, est enim vtraque pars impossibilis. Similiter & ista, homo non est animal, & equus ē hinnibilis, est enim vna pars impossibilis. Tandē & ista, Petrus stat, & Petrus non stat, quia cùm vtraque pars sit contingens per se, est tamē incōpossibilis. Idem iudicium est de Rationali sicut de Copulatiua.

Disiunctiua autem Necessaria est, cuius partes incompossibiles sunt, siue vtraque sit contingēs, siue vna necessaria, & altera impossibilis, quales sunt istæ, homo est animal, vel homo non est sensibilis. Petrus stat, vel Petrus non stat. Contingēs cuius vtraque pars contingens, & compossibilis, vel cuius vna pars cōtingens, quales sunt istæ, Petrus currit, vel aliquis homo studet, est enim vtraque pars contingens & cōpossibilis. similiter homo nō est animal, vel equus currit, est enim vna pars contingēs, Similiter ista eadē ratione, homo est

est animal,vel equus currit,contingens est, cùm possit esse vera, vel falsa; quamuis secundũ recentiores sustinẽtes verã esse disiunctiuã,cùm vtraq; pars est vera, ista vltima necessaria est, quia vna pars est necessaria.

Impossibilis autẽ Disiunctiua est, cuius vtraq; pars impossibilis,qualis est ista, vel homo nõ est animal,vel homo nõ est rationalis;quãuis secũdum antiquos etiã Disiunctiua,cuius est vtraque pars necessaria est impossibilis, vt ista,vel homo est animal, vel homo est rationalis.

Conditionalis autem,& Causalis, cùm præcipue in illatione quadam consistãt,maximè earũ contingentia,necessitas, vel impossibilitas secundum illationem pensandæ sunt, vt conditionalis sit necessaria,in qua vnũ ex altero necessario sequitur,vt homo currit,homo mouetur.Impossibilis vero,in qua vnũ ex altero sequi non potest, vt si ignis esset calidus,ignis frige faceret. Contingens,vero in qua vnum cõtingenter ex altero sequitur,hoc est,aliquãdo sequitur, aliquando nõ sequitur,vt si Petrus assidue lectionibus intersit, euadet doctus. Vnũ autẽ præter hoc habet Causalis,vt præter illationem vnius ex altero tãquã ex causa,vt diximus,habeatur ratio partiũ,sicut in Copulatiua. quãuis enim vnũ ex altero neces-
sario

ſario ſequatur tanquam ex cauſa, ſi pars vtraque neceſſaria non ſit, Cauſalis nõ erit neceſſaria, ſed contingens vel impoſſibilis, vnde iſta contingens eſt, quia homo currit, homo mouetur, iſta impoſſibilis, quia ignis eſt frigidus, ignis eſt grauis. Hæc pari ratione intelligenda ſunt in affirmatiuis, nã negatiuæ ex harũ ratione diſcernuntur, vt ſic negatiua impoſſibilis, cuius ſit affirmatiua neceſſaria, & negatiua neceſſaria, cuius affirmatiua impoſſibilis & negatiua contingens, cuius affirmatiua contingens.

De affirmatione & Negatione, ac Quantitate Hypotheticæ. Cap, XXI

VT autẽ inter has, quæ affirmatiuæ, quæ negatiuæ ſint dignoſcatur, duo obſeruanda ſunt. Alterũ eſt, Coniunctionẽ in his ſe habere ſicut in ſimplicibus enunciationibus verbum principale, vt quemadmodum ſimplex nõ dicitur affirmatiua nec negatiua, ob extrema ſolùm affirmata vel negata, ſed propter Copulã principalem, ita Hypothetica non dicatur affirmatiua, vel negatiua propter ſimplices, ex quibus cõponitur, ſed pro ratione cõiũctionis eas cõnectẽtis, quæ ſi negata fuerit, & Hypothetica negatiua erit; ſi affirmata, affirmatiua; vnde iſta eſt affirmatiua, ſi nullus homo

homo currit, nullus homo mouetur, quia coniũctio nõ eſtnegata, iſta vero negatiua, Nõ ſi homo mouetur homo currit. Idem in alijs intelligendũ eſt. Alterũ, quod obſeruari debet, huiuſmodi eſt, Negationẽ, quæ conditionalẽ, & Cauſalẽ negat, non negare ſimplices Enunciationes, ex quibus cõponuntur, ſed vnionẽ illarum, vt qui dicit, Nõ quia fumus eſt, ignis eſt, non negat quod ſit ignis, & fumus; ſed quòd non ſit iſta vnio, & ſequela, quod fumus ſit cauſa, vt ignis ſit: ſimiliter in iſta, Non ſi homo mouetur, homo currit. At in Copulatiua, & Diſiunctiua negatio totum negat, & cõiunctionem, et partem: vnde Copulatiua negata æquiualet Diſiunctiuæ, ex oppoſitis partibꝰ & cõtradicentib; Similiter & Diſiunctiua negata Copulatiuæ, vt nõ homo currit, & homo mouetur, huic æquiualet, nullus homo currit, vel nullus homo mouetur. Et hæc; non homo currit, vel mouetur, illi, nullus homo currit, & nullus homo mouetur. Negatiua enĩ copulatiua diſiunctiuæ affirmatiuæ, & diſiunctiua negatiua copulatiuæ affirmatiuæ ex oppoſitis partibus æquipollent.

Circa quantitatẽ vero Hypotheticæ, propriè nec vniuerſales, nec particulares ſecundũ ſe ſunt. cum enim quantitas Enũciationis in ſubiecto reſpectu prædicati ſit, hæ autẽ prædicatum non habeant,

beant, nō enim vnum de alio prædicant, sed quā dam Enunciationū connexionē important, fit, vt singulares sint reputandæ, & solā contradictoriā sortiantur oppositionē. Quod si aliquando vniuersales, aut particulares vocātur, id est, per quā dam partium denominationē, quomodo Syllogismi vniuersales, vel particulares iuxta propositiones, ex quibus costant, dici solent. Præter hæc aūt vnū est attēdēdū, esse quasdā Hypotheticas, quæ ex alijs etiā Hypotheticis cōponūtur, & hæ iudicandæ sunt secundum coniunctionē principalem. Dicitur autē ea principalis, quæ alias cōnectit, vt ista Copulatiua est, si homo currit, homo mouetur, & si homo studet, euadet doctus, duæ enim Conditionales per copulatiuam cōiungūtur, similiter in alijs, quæ multis modis esse possunt; Tunc autem veritas & falsitas, Contingentia, & reliqua in istis debent considerari secundū Hypotheticas, ex quibus componuntur, sicut in illis Hypotheticis, de quibus locuti sumus, erat consideratio partium simplicium. Atque hæc de Enuntiatione tam simplici, quam coniuncta dicta sufficiant.

FINIS PRIMI LIBRI.

INTRO

INTRODVCTIONIS IN DIALECTICAM ARISTOTELIS LIBER. II.

De Suppositione. Cap. I.

CVM de Termino, & Propositione hucusque tractatum sit: de his, quæ terminis accidunt, disserere oportet. hæc autē sunt. Suppositio, Ampliatio, Restrictio, Alienatio, Diminutio, & Appellatio. Suppositio igitur est vsus termini pro se, vel pro suo significato, vt in hac propositione, Homo est animal, vox illa, homo, loco rei cōstituitur. At vero in hac, Homo est nomen, non pro re aliqua, sed pro se sumpta est. Voces enim nō solum rerum signa sunt, sed earū loco, dum de rebus disputamus, substituūtur; cùm res in disputationem proferre non semper possimus, hoc tamen priuilegio ipsæ voces gaudent, vt quando de eis disputatio fit, per easdem disseramus, nihil earum loco collocantes.

Ex quo duplex exoritur vocum suppositio; Altera quando vocibus rerum significatarum loco vtimur. Altera cum pro se ipsis sumuntur. Prior Formalis, Posterior, Materialis est. Suppositio

materialis, est vsus termini pro se, qualiter subiectum supponit in hac ꝓpositione, Homo ē vox, huius suppositionis indicium est, cūm prædicatū ipsi voci, non rei per vocem significatæ conuenire denotatur, vt in illa propositione prædicatū, vox nō rei significatæ per illam vocē, Homo, sed ipsi voci inest, propterea talis vox. Homo, materialiter supponit.

Suppositio Materialis duplex est, quædam Intrinseca, quędā Extrinseca. Intriſeca est vsus termini pro se, secūdū id, quod sibi naturaliter inest, id est, quādo voci attribuimus ea, quæ nō ex significatione ei adueniūt, vt Homo est sonus, Leo est vox, quæ suppositio etiam vocibus nō significatiuis inest. Extrinseca est vsus termini pro se secundū id, quod ei ex significatione prouenit, id fit, cū de vocibus aliquid enunciamus, quod illis, vt significatiuæ sunt, inest, vt Homo est nomen. Disputat est verbū. Hæc autē suppositio in vocibus significatiuis tantum reperitur. Suppositio autem Formalis est vsus termini pro re quā significat, cuius quædam Propria, quędā Impropria.

Suppositio ꝓpria est vsus termini ꝑ re, quam propriè significat, id est, ad quā significādam primo est impositus, sicut supponunt Termini in hac propositione, Homo currit: Impropria est vsus ter-

termini pro re quã impropriè significat, id est, ad quam significandam per similitudinem, vel figuram aliquam à propria significatione trãsfertur, vt iste homo est pictus, Iste homo est Nero, similiter de alijs figuratis locutionibus. Suppositio Propria, quædam est Simplex, quædam Personalis. Simplex est vsus termini pro suo tantum immediato significato, id est, pro re, quam primo ex se repræsentat, vt hæc vox homo, in ista propositione, Homo est species. Supponit enim nõ pro Petro, aut Paulo, vel alio quouis indiuiduo, sed pro homine in communi. Suppositio Personalis, est vsus termini pro suo mediato significato, vt Homo vincit, vbi, Homo, non pro homine in cõmuni, sed pro inferioribꝰ, scilicet, Petro, vel Paulo sumitur.

Personalis quædam Discreta, quædam Communis. Discreta, est vsus termini singularis personaliter accepti, vel termini communis signo demonstratiuo determinati, vt Petrus studet, hic homo contemplatur. Dico autem, Personaliter accepti, quia terminus singularis aliquando simpliciter supponit, vt in hac Petrus est indiuiduũ, quod tunc fit, cùm non licet ex ipso inferre speciem aut genus. non enim dices, Petrus est indiuiduum, ergo homo, vel animal est indiuiduum.

Perso-

Perſonaliter autem ſupponit,cū illa licet inferre valet enim,Petrus diſputat;ergo homo diſputat, & animal diſputat.Suppoſitio Communis eſt vſus termini cōmunis pro ſuis inferioribus,vt Omnis homo appetit ſcire; vbi Homo pro ſingularibus hominibus accipitur.

Huius quædam eſt Accidentalis,quædam Naturalis. Accidentalis eſt vſus termini pro omnibus inferioribus ſecundum exigētiam temporis, quod importatur per copulā ſuæ propoſitionis, vt Omnis homo ſcribit,vbi ſubiectū pro præſentibus ſolum ſecundum tempus illius verbi ſupponit.Naturalis eſt vſus termini pro omni ſuo inferiori ſignificato,vt Omnis homo eſt animal: ſupponit enim homo,nō ſolùm pro præſentibus,ſed pro omnibus ſecundnm quodcūque tēpus,quod in propoſitionibus neceſſarijs fit,quæ ſuppoſitio alibi eſt examinanda.

De ſuppoſitione communi,& ſignis indicātibus eam. Cap. II.

SVPPOSITIO communis,quæ vſus termi nipro ſuis inferioribus eſt,quædam eſt Diſtributiua,quædam Copulata,quædam eſt Determinata,quædam verò Confuſa.

Suppositio Distributiua est vsus termini communis ꝓ omnibꝰ suis significatis copulatiuè sumptis. Tunc autem terminus ꝓ suis significatis copulatiuè sumitur, quando pro illis ita accipitur, vt in singula seorsum respectu eiusdem prædicati, vel subiecti in propositione copulatiua resoluatur, vt subiectum in hac, Omnis homo currit, sic enim est resoluēdum: Iste homo currit, & Iste homo currit, & iste homo currit, & reliqua demonstrando singula inferiora cum eodem prædicato. Suppositio Copulata est vsus termini communis pro suis significatis collectiuè sumptis, quod fit, cū ꝓ illis seorsum respectu alicuius subiecti, vel prædicati nō accipitur, sed pro omnibꝰ simul media cōiunctione copulatiua, vt Omnes Apostoli Dei sunt duodecim, id est, Isti Apostoli, & isti, & alij simul sunt duodecim. Suppositio Determinata est vsus termini cōmunis pro omnibꝰ suis significatis disiunctiuè, quod tū fit, cū in singula seorsum respectu subiecti, vel prædicati vnius in propositione disiūctiua resoluitur, vt subiectū in hac, Aliquis homo currit, sic enim est resoluendū: Iste homo currit, vel iste homo currit, & reliqua similiter singularia. Suppositio Cōfusa est vsus termini communis pro omnibus suis inferioribus disiunctim, quod fit, cùm pro omnibus simul

ſimul,& non ſeorſum reſpectu vnius ſubiecti vel prædicati ſumitur, vt ſubiectum in hac: Ad equitandum requiritur equus, eſt enim reſoluẽdum: requiritur ad equitandum iſte equus, vel iſte, vel alius, non tamen de ſingulis ſeorſum dices. Iſte equus requiritur, vel iſte equus requiritur, quia omnes iſtæ ſingulares ſunt falſæ.

Cum igitur tot ſuppoſitiones exiſtãt, æquum eſt, vt quomodo termini ſupponant, oſtẽdamus: at quoniam ſuppoſitionum varietas ex vi aliquorum ſignorũ, quæ in propoſitionibus ſæpe ſunt, prouenit, horum diſtinctionem & naturam primò aperiamus. Sunt aliquæ voces, quæ terminis adiunctæ eorum ſuppoſitiones variant, & aliter eos ſignificare faciunt, quæ ſigna quãtitatis dicũtur. Inter hæc quædã Nomina, quædã Aduerbia, reperiuntur. Nomina, vt Omnis, Nullus. Aduerbia, vt Sẽper, Nunquam. Similiter quædam Syncategorematica, vt Omnis, Non, Et, Vel. quædam Mixta, vt Nemo, Semper, Nullibi. Item quædam Affirmatiua, vt Omnis, Semper. quædam Negatiua, vt Nullus, Nullibi. Denique, quædam Vniuerſalia, vt Nullus, Omnis, Et, Semper. quædam Particularia, vt Aliquis, Aliquando, Vel. Inter mixta vniuerſalia computantur aduerbia numeralia, vt Bis, Ter, ſimiliter & nomina, vt

Duo, Tria, Quatuor, quando alijs nominibus nõ iunguntur, alijs enim adiuncta Syncategoremata vniuersalia sunt, sicut, &, Omnis, Quicunque, & similia, quæ omnia aliquando diuisiuè, aliquando collectiuè sumuntur. Diuisiuè cùm licet seorsum singularia separare respectu eiusdem prædicati, vt Quatuor homines, siue omnes homines currũt. Tunc enim licet resoluere. Iste currit, & iste currit. Collectiuè autem, cum non licet seorsum resoluere, vt Quatuor homines portant totum pondus, Omnes ciues sunt mille,

Præter hæc sunt alia signa partim vniuersalia parti, particularia, ac proinde Media dicũtur: includũt enĩ particularitatẽ, & vniuersalitatẽ, vt Alter, Neuter, Vterq;, Omne pro speciebus singulorum, resoluuntur. n. per, Et, quæ vniuersalitas dicitur, & per, Vel, quæ particularitas est, vt alter oculus est dexter, id est, omnium duorum iste, vel ille. Neuter, id est, aliquorum duorũ, neque iste, neque ille. Vterque, id est, aliquorum duorũ, iste & ille; similiter, Omne animal fuit in arca Noe, id est cuiusque speciei animalis hoc vel illud indiuiduum fuit, & hæc signa Incõpleta dici solẽt: hæc intellige quando incompletè sumuntur, aliquando enim completè sumuntur, & tunc distribuũt pro omnibus singularibus. hæc etiam omnia intellige

llige de signis non impeditis, aliquādo enim simul duo concurrunt, & vniuersale fit particulare, & particulare vniuersale, de quibus tradetur cognitio, cum de Aequipollentijs disseremus.

De regulis indicantibus suppositiones ratione signorum, Cap. III.

PROPOSITIS varijs signis, à quibus terminorum suppositio dependet, superest, vt regulas assignemus, quibus diuersorum signorū variæ manifestentur suppositiones.

Sit igitur prima Regula. Signa mixta vniuersalia tam affirmatiua, quā negatiua distribuunt categorema inclusum in se, particularia illud verò determinant, vt semper, id est, in hoc tempore, & in hoc tempore, et reliquo. Nunquam, nec hoc tēpore, nec hoc tempore. Aliquando, hoc vel illo tēpore. At in terminos propositionis, in qua sunt, variam potestatem habēt. namq; negatiua distribuunt omnes sicut suum categorema, vt nunquā homo est leo, subiectū & prædicatum huius distributiuè supponit virtute illius mixti negatiui, vt sit sensus, omni tēpore nullus homo est leo: affirmatiua verò vniuersalia confundunt, vt semper, homo est albus, extrema confusa manent. At in

his, quæ particularia sunt affirmatiua, vt aliquādo homo est albus, extrema supponunt, ac si nullum signum ibi esset.

Secunda regula. Terminus communis communiter supponēs, si sine signo sit, vel cum signo Syncategorematico particulari, supponit determinatè, vt homo currit, aliquis homo legit. Petrus vel Paulus studet. hoc enim subiectum complexum determinatè supponit. Cum autem in propositione signa Syncategorematica sunt & vniuersalia, tūc affirmatiua sibi proximos terminos distribuunt, remotos post positos confundunt, negatiua verò post positos omnes distribuūt, vt Omnis homo est animal. Homo distribuitur. Animal confunditur. Nullus homo est animal totum distribuitur. Hoc intelligi debet, quādo affirmatiua vniuersalia diuisiuè tenētur cū enī sumūtur collectiuè, proximos sibi terminos copulatē supponere faciunt, vt Quatuor homines portāt totum pondus. Tunc autem maximè copulatim sumūtur, cùm singulis illius termini inferioribus, cui iunguntur, nihil per se denotatur inesse, vt diximus, sed simul omnibus.

Tertia Regula. Verba, quæ suam actionem in terminū communem primò applicant, virtutem habent proximos sibi confundēdi, vt Promitto tibi

tibi equum, Parisijs vẽditur piper, quæ dicuntur signa specialia confusionis, & demum quicunque terminus ex alterius resolutione dependet, cõfusus manet, vt Bis cantaui Missam. Ad equitandũ requiritur equus, vbi ille terminus, Missam, pendet ex resolutione aduerbij: & terminus, equus, ex resolutione gerundij.

Quarta Regula. Quoties obliquus cum recto cõiungitur í vnõ extremo, iudicãdũ é de obliquo ac si vnũ esset extremũ per se, quãtũ ad suppositionẽ, vnde in hac, Equus hominis currit, determinatè supponit. In hac verò Equus cuiuslibet hominis distributiuè. In hac vero. Omnis equus hominis, cõfusè, nec refert in hoc, quód ante, vel post rectũ cõstituatur. Hæ regulæ Suppositiones terminorũ à signis singulis prouenientes indicãt. Quãdo autẽ bina cõcurrunt, tunc obseruandũ est.

Quinta Regula. Cùm virtus duorum signorũ cadit supra aliquẽ terminum, tunc vel sunt eiusdẽ virtutis, vel diuersæ. Si diuersæ fuerint, signũ determinans maiorem habet virtutem, quã confundens, & distribuẽs: vnd e in hac, Omnis homo est aliquod animal, & in hac, Nullus homo est aliquod animal prædicatum determinatè supponit: signum verò distribuens maiorẽ habet virtutem, quam confundens vnde in hac. Omnis homo nõ

est animal,prædicatũ distributiuè supponit. hæc præsertim respectu prædicati intelligenda sunt, nam respectu subiecti,maior est virtus distribuẽtis,vt patet in hac,non quidam homo currit:subiectũ enim distribuitur. Quando verò duo signa eiusdem virtutis sunt,nempè quia vtrumque distribuit per se,mutuò se impediunt,&determinãti æquiualent:vnde in hac, Non omnis homo est animal,subiectum determinatè supponit,quia æquiualet isti, Aliquis homo non est animal,hoc intellige respectu subiecti, nam cũ talia duo suprà prædicatum cadunt, illud supponere confusè faciunt,vt in hac, Nullus homo nõ est animal, quæ isti æquiualet, Omnis homo est animal.

Sexta Regula. Signa incompleta immediatos terminos incompletè distribuunt, id est, partim vniuersaliter,partim particulariter supponere faciunt,vt superius diximus,& inferius in eorũ resolutione magis manifestabitur. Alia signa sunt præter ista,quæ partim affirmatiua,partim negatiua sunt,vt Præter,Tantũ,& alia quæ exponibilia dicũtur, de quibus in Tertio libro disseremus.

De Resolucione Suppositionis Terminorum, Cap. IIII.

Diale-

DIALECTICI ad manifestandam suppositionis vim & varios propositionum sensus ex diuersa terminorum suppositione prouenientes, in qua maximè earum veritas, seu falsitas cōsistit, vtuntur Resolutione quadam, quam Ascensum, & Descensum vocant. Est autem Ascensus à singularibus sufficienter enumeratis ad vniuersale progressio. Descensus verò ab vniuersali ad singularia progressio, vt iste ignis calefacit, & iste calefacit. &c. ergo omnis ignis calefacit: vel descēdēdo. Omnis ignis calefacit, ergo iste calefacit, & iste calefacit. Maximè autem vtimur Ascensu, quā do veritatē alicuius vniuersalis ꝓpositionis probare, & manifestare volumꝰ, propterea oportet vt omnia singularia quoad fieri possit enumeremus, præsertim cum sub distributo ascendimus, tunc autem sufficiēter enumerantur singularia, quando ex his quæ nobis nota sunt, cum probabilitate aliorum sic se habentium procedimus, vt si dicas, iste ciuis huius vrbis est albus, & iste ē albus, nec apparet vllus qui non sit albus, etiā si omnes non numerentur, infertur. Omnis ciuis huiꝰ vrbis est albꝰ, quia probabile est reliquos, qui nō apparent, nec numerātur, esse albos, cum maior pars visa sit alba. Descēsu autē vtimur ad vniuersalis alicuius falsitatem ostēdendā, propterea nō semper

ſemper oportet ad omnia ſingularia deſcendere ſub vniuerſali diſtributo, cũ falſitas ex vnius ſingularis defectu, veritas aũt ipſius vniuerſalis ex omnium ſingularium poſitione proueniat.

Tam Aſcenſus, quàm Deſcenſus quadruplex eſt; Copulatiuus, Diſiunctiuus, Copulatus, Diſiũctus. Copulatiuus eſt, in quo ſingularia ſeorſum reſpectu vnius ſubiecti vel prædicati ſumuntur in propoſitione copulatiua, vt iſte homo eſt animal, & iſte homo eſt animal, & reliqui ſinguli, ergo omnis homo eſt animal, hæc autẽ Reſolutio debetur termino ſupponenti diſtributiuè. Diſiũctiuus eſt, in quo ſingularia ſingula per ſe reſpectu ſubiecti, vel prædicati vnius ſumuntur in propoſitione diſiunctiua, vt iſte homo currit, vel iſte homo currit, ergo homo currit, & hæc debetur termino ſupponenti determinatè. Iſtæ autẽ duæ reſolutiones adveritatẽ & falſitatem propoſitionis manifeſtandã, & probandam conducunt. Maximè autem intereſt inter Aſcẽſum copulatiuũ, qui debetur termino ſupponenti diſtributiuè, & Diſiunctiuum, qui debetur ſupponenti determinatè. Cum enim vterq; ad veritatẽ propoſitionis communis probandam, & declarandam ordinetur, neceſſe eſt, vt ſingularia perquæ aſcẽditur, vera ſint, cum diſcrimine tamẽ: in diſiunctiuo enim

ſuffi-

sufficit vnius singularis veritas ad propositionis communis veritatē, vt Homo currit, vera est, si vel vnū singulare currat; propterea non oportet multa singularia numerare. At in copulatiuo nō vnius solùm, sed omniū singularium, quæ sub illo termino sunt, veritas ē necessaria ad vniuersalis veritatē, propter ea omnia in Ascēsu annumerare oportet. Oppositū autē obseruandū est in Descēsu, quo ad vniuersalis falsitatē ostēdendā. Tūc enim in disiūctiuo per omnia singularia descēdere oportet, cū vnius aut plurium singulariū falsitas propositionē particularē falsam efficere non sufficiat. in copulatiuo verò, vel ad vnū singulare satis erit descendere, propositio enim vniuersalis ex vnius singularis falsitate falsa fit.

Præter has Resolutiones duas Dialectici duas alias assignāt, quibus suppositionis Copulatæ, & confusæ vim manifestent, ponuntq; Ascēsum, & Descēsum, Copulatum, & Disiunctum. Copulatꝰ est quū omnia singularia simul sub copula cōiunctiua respectū vnius prædicati sumuntur, vt Omnes Apostoli Dei sunt duodecim, id est, Isti apostoli, Et isti, & alij simul sunt duodecim. Quæ resolutio debetur termino supponenti collectiuè. Disiunctus est, quum omnia singularia sub disiūctione sumūtur, ita vt nō liceat quodlibet per se sumere,

sumere, vt Ad equitandū requiritur equus, id est, requiritur iste, vel iste equus, in quo à disiunctiuo differt, sicut & copulatus à Copulatiuo. In Copulatiuo enim & Disiunctiuo singula singularia per se cum prædicato sumimus, quod fit in propositione copulatiua vel disiunctiua. At in Disiuncto & copulato singularia omnia simul cum vno prædicato in propositione categorica constituimus. Ascensus & Descensus Copulatiuus, & Disiunctiuus quidam est Affirmatiuus, qui sub propositione affirmatiua fit; quidam Negatiuus, qui sub propositione negatiua: in illo singularia per propositiones affirmatiuas, in hoc per negatiuas enumerantur.

De Regulis circa ordinem Resolutionis, Cap. V.

VT propositionum veritas nota fiat, resoluēdi ordinem aduertere oportet, qui sequentibus propositionibus manifestatur.

Prima propositio. Nullus terminus supponēs Materialiter, Simpliciter, vel Singulariter vllam habet singularium resolutionem: vnde in his Homo est species, Leo est nomen, Petrus sedet, subiecta resoluenda non sunt.

Secūda ppositio. Sub termino, vel aggregato suppo

ſupponenti collectiuè, non eſt reſolutio copulatiua facienda, nec ſub confusè ſupponenti, diſiūctiua, vt Iſte, & Iſte ſunt duo, non dices, ergo iſte eſt duo. Similiter non dices, Pariſijs & Romæ venditur piper, ergo Pariſijs & Romæ venditur hoc piper, vel venditur hoc piper.

Tertia Propoſitio. Non eſt reſolutio facienda ſub duobus terminis ſimul, ſed ſub vno prius, & dū ſub illo Reſolutio fit, alter immotus, id eſt, eodē modo ſe habens, maneat, vt Omnis homo eſt omnis homo, ſic reſolue, Iſte homo eſt omnis homo, & Iſte homo eſt omnis homo. Non autē ſic, Iſte homo eſt Iſte homo, & iſte homo ē iſte homo

Quarta propoſitio. Terminus Mixtus vniuerſalis affirmatiuus, vel negatiuus, prius in ſe reſoluendus eſt copulatiuè ratione categorematis in eo incluſi, quam reſoluantur termini propoſitionis, vt ſemper homo currit, hoc tēpore homo currit, & hoc tempore homo currit. Nunquā omnis homo currit, nec hoc tempore omnis homo currit. Bis cantaui Miſſam, ſemel cantaui Miſſam, & iterum ſemel cantaui Miſſam. Facta autem reſolutione Mixti, ꝓpoſitionis termini iuxta ſuas regulas reſoluantur.

Quinta Propoſitio. Sub determinato aſcende prius, quam ſub diſtributo, in deſcenſu verò poteris

teris etiam à distributo incipere, vt Homo non est animal, non ascẽdes sub prædicato, sic Homo non est hoc animal, & homo non est hoc animal, ergo homo non est animal: nam singulares propositiones antecedentis sunt veræ, consequẽs verò falsum, quod fieri in consequentia bona non potest, talem defectum argumẽtandi vocãt Dialectici, A pluribus determinatis respectu partiũ multitudinis. Multitudinem vocant terminũ distributum. Partes verò multitudinis singularia, quæ sub eo sunt. Poterit tamẽ sub tali distributo descendi, vt homo non est animal, ergo homo nõ est hoc animal, & homo non est hoc animal, tũc enim non dabitur antecedens verum, & consequens falsum.

Sexta Propositio. Sub distributo termino, vel complexo prius descende, quàm sub confuso, licebit tamen sub confuso ascendere: nõ enim dices. Omnis homo est animal. Ergo omnis homo est hoc animal, vel Omnis homo est hoc animal, valet tamẽ ascẽdẽdo, omnis homo est hoc animal, vel omnis homo est hoc animal, ergo Omnis homo est animal. Idem intellige de aliquo termino vniuersali, a quo alter pendet, vt Ad equitandum requiritur equus, prius oportet resolue re illud gerundium in sua inferiora.

Septi

Septima Propositio. Quando termini eodem modo supponunt vel determinatè, vel distributiuè, commodiùs est subiectum, quàm prædicatum priùs resoluere, vt in hac, homo est animal, in qua termini determinatè supponũt, & in hac, Nullus homo est equus, in qua distributiue. Hæc omnia intelligenda sunt in propositione, quæ nõ habet signa exponibilia: ista enim priùs resoluenda sunt, (vt dicetur inferiùs). Similiter intelligẽda sunt in resolutione prima, facta enim resolutione distributi, confusus manet determinatus, & sub eo potest fieri resolutio, vt Omnis homo est animal, ergo Iste homo est animal, & Iste homo est animal, postea prædicatum resolue, Iste homo est hoc animal, vel iste homo est hoc animal.

Vltima Propositio. In conditionali, seu causali propositione, subiectum consequentis priùs est resoluendum, quàm termini antecedentis, vt in his; si omnis homo in gratia obierit, nullus cõdemnabitur. Si nullum alimentum suppedites animali, omne morietur, hæ sunt regulæ maximè in resolutione obseruandæ, quas sequẽtibus carminibus facilius quis memoriæ mãdare poterit.

Simpliciter.pro vno.pro se vox sumpta quiescat.
Cernere confusum.collectum spargere noli.
Cuique suum tribuens tu primo mixta resolue.
Ne tangas voces binas.contemne priora.
Vltima contemplans quando deductio regnat.
Aspice signatum ascendens: commune relinque.
Ima petens confusa sinas. communia sume.
Elige subiectum quando sors postulat aequa.

De Resolutione incõpleta. Cap. VI.

EST alius Ascensus, & Descẽsus mixtus, partim constans copulatione, partim disiunctione, qui debetur terminis incompletè supponentibus, quales sunt illi, qui cum his signis sunt, de quibus suprà locuti sumus, scilicet Alter, Neuter, Vterq; hi enim terminũ pro suis inferioribus binis supponere faciunt, ac propterea talis suppositio, Duorum vocatur, sed id cũ discrimine, nã Alter, binaria inter se distribuit, in se ipsis verò disiungit, vt Alter oculus est dexter, id est, horũ duorũ, iste, vel iste est dexter, & horum duorum, iste vel iste est dexter. Vterque, vero binaria disiũgit inter se, & in se copulat, vt Vterq; pes est claudꝰ, id est, horũ duorũ iste, & iste est claudus, vel horũ duorũ iste, & iste est claudus. Neuter, idẽ prorsus facit, sed negatiuè, vt Neutra manus est dextra, id est, Harum duarũ nec ista, nec ista dextra;

vel

vel Harum duarum nec ista nec ista est dextera. Est etiam aliud signū incōpletum, Omnis, quod aliquando complete sumitur, sicut & præcedentia, & tunc distribuunt terminum, cui iūguntur, pro omnibꝰ suis inferioribus. Aliquādo, Omnis, incomplete sumitur, cum termino generico iungitur, tunc autem distribuit species, disiungit verò indiuidua specierū, vt Omne animal fuit in arca Noe, id est, ex hac specie animaliū hoc vel illud indiuiduum, & Ex hac specie hoc vel illud indiuiduum, quod idem est, ac Cuiuslibet speciei animalis aliquod indiuiduū fuit in arca Noe, & talis suppositio dicitur pro generibus singulorū, id est, pro speciebꝰ singulorū indiuiduorū: Prior vero dicitur, Pro singulis generū, id est, pro omnibus speciebus, et omnibus specierū indiuiduis.

Multū autē refert ad veritatē propositionis, quòd termini supponāt cōplete, vel incomplete; nā Cōpleta suppositio petit veritatē omniū inferiorū, nullo excepto, vt omne animal currit, siue ra futura est talis propositio subiectumque supponit cōplete, opus est, vt omnia indiuidua specierū omniū animalis currāt, si incōpleta est suppositio, sufficit ad veritatem eius, vt ex omnibus speciebus vnum saltem indiuiduum, aut alterū currat, quem sensum facit illa propositio, Omne

animal fuit in arca Noe, eadem ratio est in alijs, nam Alter oculus est dexter, si suppositio sit incompleta, non opus est ad veritatem eius, vt omnes oculi sint dextri, sed vt ex omnibus binarijs vnus saltem sit dexter.

De resolutiõe Relatiuorũ, Cap. VII.

RELATIVORVM contemplationem ad Grãmaticũ pertinere, non est, qui eat inficias, tamen quia sola cognitio talis ad veritates, vel falsitates propositionũ, quæ à Relatiuis oriuntur, dignoscendas nõ sufficit, Dialectico examine opus est, propterea, paucis ex Grammatica accersitis, ea, que secundũ Dialecticam in his obseruãda sunt, trademus. Relatiuum igitur est sermonis antecedentis recordatiuum. Est autẽ duplex: aliud substantiæ, aliud accidentis. Relatiuum Substãtiæ est, quod suum antecedẽs per modũ nominis substãtiui refert, nec refert vtrũ antecedens sit substãtia vel accidens, siue nomen connotatiuum, siue absolutũ, siue vnum nomen, siue vna oratio, dummodò vnius substãtiui locũ habeat. Relatiuũ Accidentis est, quod refert per modum adiectiui, siue illud sit substãtia, siue vnũ nomen, siue vna oratio.

Relatiuum substantiæ aliud Identitatis, aliud

Diuersitatis, Identitatis est, quod pro eodē accipitur pro quo suum antecedens, siue pro eodem numero, vt Beatus vir qui timet Dominum, siue pro eadē specie, vt, In ligno vincimus, in quo pec cauimus. Relatiū Diuersitatis ē, quod pro alio sup posito accipitur, quā suum antecedēs, vt Petrus loquitur, & alter tacet. Dicitur autē suū antecedēs referre ī obliquo, scilicet, alter à Petro tacet.

Relatiuum accidentis simili ratione aliud est Identitatis, aliud Diuersitatis. Idētitatis est, quod refert suum antecedens consignificando idē accidens, vt Petrus est iustus qualem oportet esse Christianum. Diuersitatis est, quod refert suū antecedens, consignificando diuersum accidens, vt Augustinus fuit catholicus, & alius fuit Arrius. Relatiuum substantiæ Identitatis, quoddā Reciprocū, quoddam Non reciprocum. Reciprocum regressionē quādam significat in suum antecedēs vt Omnis homo amat se. Mater diligit filiū suū. Nō reciprocum, talē regressionem nō significat, qualia sunt reliqua relatiua signata, Relatiui accidentis resolutio ex eius significatione manifesta est: pro alijs autem sit.

Prima ppositio; Relatiuū, Qui, copulatiuū sensum facit. idē enim valet, quod, Et ille: Bifariam autē potest in propositione cōstitui, Aliquādo à

parte vnius extremi, scilicet quãdo subiecto, vel prædicato copulatur, vt Animal quod est rationale, est risibile, & tunc illa integra propositio è vna categorica, cuius subiectũ est propositio, vbi relatiuum est, cuius verbũ dicitur Copula implicationis. Aliquando nõ ponitur à parte vnius extremi alterius propositionis, sed ipsum per se relatiuum extremũ cõstituit, vt Homo est animal, qui est risibilis, et talis propositio formaliter Hypothetica est, & virtualiter Copulatiua. Est autem in vtriusq; resolutione magnum discrimen, cùm enim Hypothetica est, immediatè in copulatiuã est resoluenda, vt homo mouetur, qui aliquãdo studet, resoluatur, Homo mouetur, & ille aliquando studet. At cùm categorica, est, non est immediatè in copulatiuam resoluenda, quousq; antecedens ipsius resoluatur, vt Omne animal quod est rationale est risibile, nõ est resoluendũ, Omne animal est ratiõale, & illud est risibile, sed antecedens in singularia prius resoluetur, & facta singularium resolutione, poterit vnũquodq; singulare in copulatiuam resolui, nempe, Hoc animal, quod est rationale est risibile, & hoc animal quod est rationale est risibile, posteà, hoc animal est rationale, & illud est risibile.

Secunda propositio. In Hypothetica, Copula-

tiua

tiua virtuali, vel formali, relatiuum refert suum antecedens restrictè, id est, pro illo eodem, pro quo suū antecedēs accipiebatur in sua categorica, vt Homo disputat, & ille contēplatur, ille scilicet homo qui disputat, contēplatur; idem inest relatiuo Diuersitatis, vt Homo legit, & alius audit, alius scilicet à legēte audit. Cum autem relatiuum refert terminum supponentē copulatim, refert totam collectionem, vt Omnes Apostoli sunt duodecim, qui sunt ī cælo, scilicet & illi omnes sunt in cælo. Hoc autem priuilegium habet disiunctiua propositio, vt relatiuum in ea non referat restrictè, vt homo loquitur, vel ille tacet, ille, scilicet homo, tacet.

Tertia propositio. Relatiuum reciprocū, supponit sicut suum antecedens sigillatim, scilicet, vt resoluendo antecedens, resoluatur relatiuum correspondens singulis inferioribus antecedentis, vt Omnis homo est ipsemet, Ipsemet, refert hominē, at cūm resoluis Petrꝰ est ipsemet, refert Petrum, Paulus est ipsemet, refert Paulū, similiter Omnis mater diligit filium suum. Vbi obseruandū est, non licere loco relatiui reciproci suū antecedens ponere, nō enim idem est, Omnis homo odit se, & Omnis homo odit hominem, nec Mater amat filium suum, & Amat filium matris

Licebit autem id duobus locis facere. & cùm reciprocũ est totale extremũ, vt Omnis homo est ipsemet, idem est ac, omnis homo est homo, & cũ similiter antecedens est singulare, vt Petrus diligit se, & Petrus diligit Petrũ, dũmodò antecedẽs vniuocè sumatur. Quando verò Relatiuum non est reciprocum, licet ipsius loco antecedens constituere, seruata restrictione, vt homo disputat, qui loquitur, idem est, ac Homo disputat, & homo disputãs loquitur. Ex quo sequitur tale relatiuum supponere, sicut suum antecedens supponeret eodem loco constitutum.

Quarta ꝓpositio. In resolutione obseruare oportet, vt reciprocũ simul cũ antecedente resoluamus simul & nõ reciprocũ, cùm à parte vnius extremi est, vti diximus. At cùm propositio Hypothetica est, antecedẽs resoluatur relatiuo non reciproco manente inuariato, vt animal est irrationale, & canis est illud, resolue, Hoc animal scilicet equus est irrationale, & canis est illud; vbi, Illud, supponit ꝓ animali sicut in priori. proptere a cõsequẽs erit ponere antecedẽs loco relatiui dũ sit resolutius sub antecedẽti, scilicet, animal ẽ irrationale, & canis est animal, nẽpe irrationale.

De Ampliatione. Cap. VIII

CVM

CVM suprà terminos pro rebus secundum tempus per copulam importatum existentibus supponere docuerimus, superest, vt modò explicemus quādo termini pro pluribus, vel paucioribus, quàm tēpus copulæ exigit, supponant, quā Dialectici Ampliationē, vel Restrictionē vocant, quæ multùm veritati propositionum cognoscendæ prodest, cùm ab ea & propositionum conuersio, & multiplex argumētandi modus pēdeat. Est autem ampliatio, extensio termini à minori ad maiorem suppositionem, quando enim terminus in propositione pro re secundum tempus præsens existente accipitur dicitur suum statum habere, at quādo indifferēter & disiunctim simul pro præsenti, & alio accipitur tempore, dicitur Ampliari, vt in hac, Iusti viuent vitā pacificam, Iusti non solum pro præsentibus, sed etiam pro futuris accipitur. Est autem diuersus Ampliationis modus in terminis singularibus, & in communibus, tam absolutis, quàm connotatiuis. Terminus singularis, cùm vnum tantum significet, ampliatur quoad existentiam sui significati secundum varias differentias temporis, vt Petrus cucurrit, id est, Petrus qui est, vel fuit, cucurrit, quæ dicitur Ampliatio tēporū. Terminus autē communis, cùm plura significet, non solùm

secundũ tẽpus,sed etiam secũdùm supposita varijs temporibus existentia,ampliatur, vt in hac, Multi homines saluabũtur, subiectũ non solùm pro præsentibus,sed etiam ꝑ futuris ampliatur. Terminus autem Connotatiuus, cùm præcipuè formam significet,secundũ eam ampliatur, vt in hac, Album fuit nigrum, subiectum ratione albedinis ampliatur, vt sit sensus: hoc corpus quod modò habet,vel habuit albedinem,fuit nigrum. Triplex igitur Ampliatio est.Sola tẽporum,quæ inest singularibus.Temporum & suppositorum, quæ inest communibus.Temporum & formarũ, quæ connotatiuis conuenit terminis. Tempora autem,secundum quæ termini ampliãtur, apud Dialecticos,quinque sunt;Presens, Præteritum, Futurum,Possibile,& Imaginarium,vt tunc terminus ampliari dicatur,quando secũdum plures differentias vel omnes horum temporũ disiunctim supponit.Dico autem,Disiunctim, quia cùm terminus secũdum plura tempora copulatiuè accipitur,ampliatio nõ est, vt subiectũ in hac Petrus est,& fuit doctus,nõ ampliatur, sed op9 est,vt secundũ plura tempora,vel omnia sub disiunctione accipiatur,vt,Petrus est,vel fuit doct9 siue tẽpora sint expressa,vt in exẽplo præcedẽti, siue virtute in vno verbo cõtineãtur,vt in sequẽtibus

tibus regulis manifestabitur, quæ plurimũ robo ris communi loquendi vsu habent.

Prima Regula. Verbum præteriti ampliat suũ subiectum secundũ duas temporis differentias, præteriti nempe, & præsentis: suum verò appositum restringit pro tempore præterito. Verbum autem futuri similiter subiectum secũdum præsens, & futurum ampliat: appositum verò ad futurũ restringit, vt Adam fuit ex limo factus, vbi, Adã pro quodã supposito, qui est, vel fuit, supponit: illud vero appositũ, ex limo factus, restringitur pro eo, quod fuit. Et clarius, Petrus audiuit lectionẽ, Petrus, ampliatur pro eo, qui est, vel fuit: appositũ aũt illud, lectionẽ, pro lectione præterita restringitur. Præterea Domificator faciet domos, vbi, domificator, ampliatur pro eo, qui est, vel erit: appositum autẽ, domos, restringitur pro his, quæ erunt.

Secũda Regula. Terminus significans inceptionẽ, vel actionẽ, per quam res incipit esse, vel fieri vel significãs aliquã prioritatem, ampliat terminos, quibus suam significationem applicat, secũdum præsens, vel futurum, vt Pluuia incipit, scilicet, quæ est, vel erit. Aedifico turrim. Petrus est prior Antichristo: contrà verò terminus significans Desitionẽ, vel destructionẽ, vel Posterioritatem,

tem,ampliat ad tempus præsens, vel præteritū, vt Comburo domum,scilicet,quæ est, vel fuit. Destruo Basylicam,Sum posterior Adamo.

Tertia Regula. Verbum Potest, vel aduerbia illud includentia,scilicet,Possibiliter,Impossibiliter,Necessario & nomina significātia possibilitatem existentiæ ampliant suos terminos ad præsens,vel præteritum,vel futurū, vel possibile, vt Rosa est corruptibilis, scilicet, quæ est,vel erit, vel potest esse.

Quarta Regula:Verba significātia actum animæ interiorē,ampliant ad quinque temporū differentias, vt Alexander appetebat alium orbē, ibi,Orbis,ampliatur pro eo,qui est, vel erit, vel potest esse,vel saltem imaginabatur esse. Similiter intelligo Chymæram,Opto sanitatem.

De modis argumētandi in Ampliatione. Cap. IX.

VTILIS est admodum argumentandi modus in Ampliatione,vbi maximè obseruandum est,terminum Amplum se habere ad eundē non amplum,sicut terminus superior ad inferiorem se habet,vt enim superior amplectitur inferiorem,& alios præter illum,ita Amplus cōprehendit minus amplum,& ipsum excedit. Homo

enim dū ampliatur pro his, qui sunt, vel erunt, includit, se ipsum, vt supponit solùm ꝑ his, qui sūt: iuxta quod sumitur primus modus argumētādi, vt enim valet à superiori distributo ad inferiorē affirmatiuè, vel negatiuè, scilicet omne animal currit, ergo homo currit. similiter, Nullū animal currit, ergo homo nō currit, ita ab amplo distributo ad nō amplū valet affirmatiuè vel negatiuè vt Omnis homo potest disputare, ergo hō qui ē, potest disputare, similiter. Nullus homo potest esse lapis, ergo nullus homo est lapis. Hoc autem vnū debet attēdi, vt quādo affirmatiuè argumētamur, ponatur cōstantia termini nō ampli, id ē, aliqua propositio affirmatiua, per quam denotetur illū terminū non amplum supponere, aliter argumētatio mala erit, poterit enim antecedens dari verū, & cōsequens falsum, vt puta si nullus esset homo præsens, tūc antecedens verum esset, scilicet Omnis homo potest disputare, ratione enī Ampliationis, subiectū supponit pro his, qui possunt esse, consequens autē falsum, homo, qui ē, potest disputare, cū nullꝰ hō sit ex casu supposito. At si in antecedēti addatur cōstātia subiecti nō ampli denotās illud esse, non dabitur antecedēs verū, & cōsequēs falsum, & in hūc vsum inuenta est à Dialecticis Cōstātia. Secūdus modus.

Sicut valent ab inferiori ad superiorem terminũ particulariter sumptum affirmatiuè, vel negatiuè, vt homo currit, ergo animal currit. similiter homo non currit, ergo animal non currit, ita valet à non amplo ad amplum nõ distributũ, id est, particulariter sumptum affirmatiuè vel negatiuè, dummodo in negatiuo modo argumentandi ponatur Cõstantia nõ ampli, vt Homo disputat, ergo homo potest disputare. similiter aliquis homo, qui nõ est, potest disputare, & homo est, ergo aliquis homo non potest disputare.

Ex quibus fit, vt sicut nõ valet à superiori sine distributione ad inferiora, nec ab inferiori ad superiorem distributũ, nõ enim valet, Animal currit, ergo homo currit; nec valet, Homo currit, ergo omne animal currit: Ita non valet à nõ amplo ad amplum distributum, nec ab amplo nõ distributo ad nõ amplum, non enim dices, Homo potest disputare, ergo homo disputat, cùm argumẽtemur ab amplo sine distributione ad nõ amplũ, nec similiter Homo nõ disputat, ergo homo non potest disputare, cùm ex parte prædicati à non amplo ad amplum distributũ argumentemur. In his argumentandi modis obseruandum est, ne, dum argumẽtamur à subiecto amplo distributo ad non amplum, committatur defectus ex parte

prædicati, ab amplo non distributo ad non amplum argumentandi; non enim valet; Omnis homo potest disputare ergo Omnis homo disputat; quia prædicatum illud, Disputare, manet amplum sine distributione: negatiuè valeret quidē, quia negatio prædicatum distribuit, vt nullus homo potest disputare, ergo nullus homo disputat.

De Restrictione, Alienatione, & Diminutione. Cap. X.

RESTRICTIO est, termini coarctatio à maiori ad minorem suppositionē, quæ opposita est Ampliationi. Fit autē talis termini restrictio maximè quatuor modis. Primò per Copulā implicationis, vt Omnis homo, qui est iustus, spernit mundum, vbi illud subiectū Homo, restringitur vt pro iustis solum supponat. Secundò per additionem adiectiui in eodem extremo, vt vir sapiens amat sciētiam. Dico autem in eodem extremo, cùm enim adiectiuū in alio extremo, quā substantiuū fit, collocatur, nulla fit restrictio, si enim dicas, Omnis homo est sapiēs, subiectū, Homo, non solum pro sapientibus, sed etiam pro omnibus hominibus supponit. Tertiò per additionem obliqui à parte etiam eiusdē extremi, vt Omnis liber Aristo. est Græcè conscrip

tus,

tus,vbi subiectum,liber pro his solum, quos Aristoteles scripsit supponit,& tunc obliquus dicitur Determinatio,rectus autem Determinabile. Tandem Quartò restrictio fit,per appositionem substantiui inferioris,vt Apostolus Paulus scripsit ad Romanos,vbi subiectum illud,Apostolus restringitur,vt pro Paulo supponat. Omnes hæ additiones non mutant significationẽ,vel diminuunt,eorum quibus adiunguntur,sed solùm ad pauciora supposita trahunt.

Sunt autem aliqua addita, quæ terminum impropriè supponere faciunt,& ex propria significatione in impropriã transferunt,vt duo leones marmorei sunt in foro,Homo pictus est in aula, in quibus subiecta ꝑ significatis similitudinarijs accipiuntur,& talis acceptio,Alienatio dicitur. Est enim Alienatio,distractio termini à propria ad impropriam significationem.Sunt etiam addita diminuentia termini integram significationẽ, vt Aethiops est albus secundũ dentes,qui termini diminuti dicuntur Dicta secundũ quid. In his autem vtrisque attendere opportet,ne argumẽtemur à termino alienato,vel diminuto, ad eundem terminum absolutè,& simpliciter sumptũ, non enim valet,Aethiops est albus secundum dẽtes,ergo est albus;nec valet,Duo leones marmo

rei

rei sunt in foro, ergo duo leones sunt in foro.

Circa modum verò argumentandi in Restri-ctione, idem obseruandum est, quod in ampliatione. Terminus enim non restrictus, habet locũ superioris, seu Ampli; Restrictus vero inferioris, seu non Ampli. Vnde est prior argumentãdi modus, A nõ restricto distributo ad restrictum affirmatiuè vel negatiuè, dummodo ĩ affirmatiuo argumentandi modo, ponatur Constãtia restricti, vt Omnis homo disputat, & aliqui homines docti sunt, ergo omnis homo doctus disputat; similiter, Nullus homo currit, ergo nullus homo albus currit.

Posterior modus, A restricto ad non restrictũ non distributum affirmatiuè, vel negatiuè, constantia in negatiuo posita, vt Homo doctus non disputat, & Homo doctꝰ est, ergo Aliquis homo nõ disputat. Similiter. Equus albus currit, ergo equus currit. Ex quibus fit eadem ratione, qua in Ampliatione, nõ valere à non restricto nõ distributo ad restrictũ, vt nõ sequitur. Equus currit, ergo equus albus currit; nec a restricto ad nõ restrictũ distributũ, similiter enim nõ sequitur Omnis equus regis currit, ergo Oĩs equus currit.

De appellatione. Cap. XI.

APPE

APPELLATIO species quædã Restrictionis est, quæ maxime in adiectiuis terminis respectu terminorum, quibus iungũtur, reperitur, siue tales termini absoluti, siue connotatiui sint. Est autem Appellatio applicatio significati formalis vnius termini ad formale, vel immediatum significatũ alterius. Vt si quis dicat, Petrus est Logicus magnus, hic terminus, magnus, applicat suum formale ad formale sui substantiui, denotat que Petrum esse magnũ, & peritũ Logices, talisq; applicatio Appellatio dicitur; & terminus applicans suum formale Appellans dicitur: is autem cui applicatur, Appellatũ. Fit etiam similis Appellatio in termino Absoluto, quando aliquid ipsius immediato *significato* conuenire denotatur, vt homo est species. Cognosco animal. Video Petrum; in quibus propositionibus tales termini, nempe, Homo, Animal, Petrus, pro immediato significatis sumũtur. Quã uis autem in his vsum & vim locutionis maximè inspicere oporteat, quasdam tamen regulas præscribere iuuabit.

Prima Regula. Quando terminus absolutus subijcitur prædicato, nõn cõuenienti suo mediato significato, tale prædicatũ appellat immediatũ significatum ipsius subiecti, vt Homo est species,

cies. Animal est genus, prædicata enim illa homini, vel animali insunt, vt homo, & animal sunt, id est, vt conceptu communi cognoscuntur.

Secunda Regula. Quando adiectiuus terminus cum connotatiuo opponitur à parte eiusdem extremi, appellat formale ipsius substantiui, vt iste est monachus albus, Petrus est Logicus magnus, in quibus denotatur, quòd ille sit albo habitu, & hic peritus logices. Cùm autem tales duo termini à parte extremi eiusdem non sunt, talis appellatio non fit, vt si dicas: Iste monachus est albus, non significat quòd sit albo habitu.

Tertia Regula. Verba significantia actum animæ appellant formale, vel immediatum significatũ proprij termini, cui iungũtur, vt cognosco venientẽ. Vidi Papam, in quibus denotatur me cognoscere aliquem venire, & me vidisse Papã, dũ erat Papa. idem censendum est de quibusdã verbis applicãtibus significationẽ suam terminis cõnotatiuis, vt facio calceum, construo domum, in quibus significatur me inducere formam in materiam, non autem quòd faciam coriũ, vel lapidẽs, ex quibus fit calceus, vel domus.

Quarta Regula. Nomina numeralia primitiuã termino substantiuo iuncta multiplicant formã, & suppositum substantiui, vt tres homines, id est,

tria ſuppoſita,habentia ſuas ſingulas peculiares naturas:iuncta tamen adiectiuo multiplicant ſolùm materiale,vt tria alba,id eſt.tria corpora habentia albedinem,adeò vt ſi fieri poſſit,vt vna & eadem albedo in tribus eſſet diſtinctis corporib9 talia poſſent tria alba dici,ſi album adiectiuè ſumatur.Aduertenda eſt autem hæc regula magis pro Theologia,quam pro Logica. Circa modum argumentandi id obſeruandum eſt,nè ſub termino appellato argumentemur,& varietur,vel auferatur appellatio termini appellantis. Vnde nõ valet,Petrus eſt Logicus, & Petrus eſt magnus, ergo eſt Logicus magnus, nec valet, eſt Logicus magnus,ergo eſt Logicus,& eſt magnus,nec valet,video venientem,Petrus eſt veniens,ergo video Petrum,nec ſimiliter valet;iſte facit calceũ, calceus eſt corium,ergo facit corium, nec ſimiliter è conuerſo.

De Enuntiationis ſimplicis oppoſitione. Cap. XII.

DE Proprietatibus terminorum in propoſitione huculque tractauimus,æquũ erit modo de accidentibus ipſarum propoſitionũ quæ adinuicem collatæ ſortiũtur,diſſerere ea ſunt,Oppoſitio,AEquipollentia,& Cõuerſio.

Non

Non autem hic de oppositione quæ inter res inuenitur agimus, secundum quam calor frigiditati, & albedo nigredini opponitur, nec de ea, quæ interminos, secundum quam alij Contrarij, & alij Contradictorij, alij Relatiui, alij Priuatiui sűt sed de illa, quæ inter propositiones versatur. Est autem Oppositio, duarum propositionűvtroque extremo eodem ordine participantiű, secundum qualitatem, vel quantitatem repugnantia.

Quadruplex autem est oppositio; Contradictoria, Contraria, Subcontraria, Subalterna. Cōtradictoria est oppositio duarum propositionű secundum qualitatem & quantitatem repugnantium, nimirum quia altera vniuersalis, altera particularis, altera affirmatiua, altera negatiua, vt Omnis homo est albus, aliquis homo non est albus. Contraria est oppositio duarum propositionum vniuersalium, secundum qualitatem repugnātium, vt nullus homo est albus. Omnis homo est albus. Subcōtraria, est oppositio duarum propositionum particularium secűdum qualitatem repugnantium, vt Aliquis homo est albus, Aliquis homo non est albus, nec hic indefinitam à particulari discernimus. Subalterna, est oppositio duarum propositionum sola quantitate repugnantium, vt Omnis homo est albus, aliquis

homo est albus;Nullus homo est alb9,Homo nō est albus.Harum duarum propositio vniuersalis dicitur Subalternans:particularis verò,Subalternata. Sūt autem quædam particularius in omni oppositione obseruanda.

Primum est,vt vtroq; extremo eodem ordine participent,id est,idem habeant subiectū, & prædicatum:vnde istæ nullatenus opponuntur, Homo non est animal,lapis non est equus, nec istæ, Homo non est equus,Homo est animal.nec istæ. Homo est animal,Animal non est homo.

Secundò obseruandum est, vt ista idenptitas extremorum sit inNomine,In re significata,In integritate,in tempore,& loco.In nomine,vt sit eadem dictio categorematica, vnde istæ non opponuntur,Cicero scripsit,Tullius non scripsit.Angelus est Dei,Angelus non est Deus.Corpus est album,corpus non est albedo.In re significata ne sit æquiuocatio:non enim opponuntur, Canis latrat,canis nō latrat.In integritate, vt idem sit totale subiectum,& totale prædicatum:vnde omnia signa,omnes termini, qui partes extremorū efficiuntur,debent esse in vtraque propositione opposita;quare omnes hæ non opponuntur:Petrus non currit velociter,Petrus currit. Omnis equus regis possidetur à Rege, Aliquis equus nō

possi-

possidetur a Rege, Petrus est animal album. Omnis homo est omne animal. Homo nõ est animal. Dixi de terminis qui efficiuntur partes extremorum, alia enim signa, quæ totam propositionem signant, mutantur: nam negatio mutatur, & quãtitas in aliquibus. In tempore, & loco, vt oppositarum veritas, vel falsitas, sumatur a rebus secũdum eundem locum, & tempus, vnde istæ nõ opponuntur: Petrus legit, Petrus non legit, si vna pro vno tempore, altera pro altero tempore sumatur, nec istæ. Ego sum in Diui Petri. Ego non sum in Diui Petri, si vna vno loco, altera altero à me proferatur.

Tertiò obseruandum est, vt proprietates terminorum non mutentur, scilicet Suppositio, Appellatio, & reliquæ. Suppositio autem ea, quæ nõ prouenit ratione signorum quãtitatis, hæc enim mutari debet, sed alia, qualis est, Materialis, Simplex, Personalis, ne in vna simpliciter, in altera personaliter, vel materialiter supponãt. Idem in Ampliatione, vt seruetur eadem Ampliatio: licebit tamen in contraria negatiua, terminos magis amplos esse, quàm in affirmatiua, vnde istæ opponuntur, Omnis homo disputat, Nullus homo potest disputare, In subcontrarijs verò affirmatiuã magis ampliari, vt homo nõ disputat, homo

potest disputare: debet etiam attendi, vt seruentur præcepta Resolutionis terminorum, & ordo ascendendi, vel descendendi idem sit in vtraque opposita propositione.

De quibusdam præceptis alijs in oppositione. Cap. XIII.

PRAETER ea, quæ dicta sunt, obseruandum est etiã, vt in omni oppositione, præter Subalternam, mutetur qualitas, vt altera sit affirmatiua, altera negatiua. Quãtitas autem non in omni mutanda est nisi in Contradictoria, & Subalterna, vt altera vniuersalis, altera particularis sit. Cõtrariæ enim vniuersales simul, Subcontrariæ verò particulares esse debent.

Hoc etiã seruandum est in vniuersalitate syncategorematica, qualis est cõiunctio copulatiua, Et, ac in particularitate qualis est, Vel. Quando enim cõplexũ copulatũ est subiectum, in sua Cõtraria propositione manet ipsa copula copulatiua, in sua verò Cõtradictoria mutatur in, Vel: vnde istæ sunt Cõtrariæ, Petrꝰ, & iste equus est irrationalis, Petrus & iste equus nõ est irrationalis: istæ verò Cõtradictoriæ, Petrus & iste equus est irrationalis. Petrus vel iste equus nõ est irrationalis. Quãdo verò vtrumque cõplexum ẽ per, Vel, pro-

propoſitiones ſunt Subcontrariæ: Hoc autē intelligendū eſt,quādo,Et,accipitur diuiſiuè, & Vel, diſiunctiuè,& cōplexa cōſtant ex partibus ſingularibus.Quando enim copulatim, vel diſiunctim accipiūtur, habētur tales propoſitiones pro ſingularibus,inter quas ſicut & inter ſingulares nō eſt niſi ſola oppoſitio cōtradictoria,& talia ſubiecta inuariata debēt manere,quod idē cenſendum eſt de propoſitionibus de ſigno Collectiuo.Vnde hæ ſolū opponuntur cōtradictoriè,Omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim,Omnes ApoſtoliDei nō ſunt duodecim.Similiter iſtæ.Iſti Apoſtoli,& iſti, & alij ſunt duodecim.Iſti Apoſtoli, & iſti, & alij nō ſunt duodecim.Præterea obſeruādū eſt, vt in ſignis mixtis habeatur ratio categorematis inclusi in illis,quantū ad eius quātitatē,vt mutetur in Contradictoria,vniuerſale in particulare,affirmatum in negatum,in Cōtraria ſeruatur vniuerſalitas,in Subcōtraria verò particularitas Vnde huius propoſitionis,Nunquam homo currit,Cōtraria eſt ſemper,Omnis homo currit.Contradictoria verò.Aliquando homo currit. Poſtremò obſeruandum eſt,eſſe aliquot ſigna etiam Mixta & Syncategorematica,quæ non plenam habent vniuerſalitatem,nec particularitatem, ac inde incompleta dicuntur,& in talibus propoſitionibus

Contradictoria maximè reperitur oppositio, ca uere autē oportet, vt in vna propositione fiat vni uersale, quod in altera erat particulare, aliter nu lla erit oppositio. Vnde istæ nō opponūtur. Vter que homo currit, vterq; homo nō currit, seu neu ter homo currit, cùm in vtraque maneat eadem vniuersalitas, & particularitas, cùm signum vtrū que per Et, & per Vel, exponatur, vt diximus. Istæ tamen contradicunt; Vterq; oculus est dexter, alter oculus non est dexter, quia id, quod in vna exponitur per Vel, in altera exponitur per Et. & ita particularitas in vniuersalitatem, & cō trà mutatur, vt patet exponenti. Idem iudicādū est de nominibus & aduerbijs numerabilibꝰ, quæ incompletè vniuersalia sunt, ac proinde optimꝰ contradicendi modus est toti propositioni nega tionem apponere; Bis cantaui Missam, Non cāta ui bis Missam. Tres homines currunt, Non currūt tres homines. Complexa autē ex termino cōmu ni, vel ex terminis communibus, pensanda sunt tanquam termini communes in Contrarietate, & Cōtradictione, & alijs oppositionibus; Propte rea eis debet addi signū vniuersale, vel particula re, hoc vno excepto, vt in Contrarijs maneat Et, in Cōtradictorijs verò in vna, Vel, in altera Et. in vtraq; subcontraria, Vel. vnde istæ sunt cōtrariæ

Omnis

Omnis homo & equus currit, Nullus hō, & equus currit. Istæ contradictoriæ, Homo & equus currit, Nullus homo vel equus currit. Istæ subcōtrariæ, Homo vel equus currit, homo vel equus nō currit. Hoc intellige de subiecto, namverbum cōplexum non debet mutari, Omnis homo currit, vel non currit. Nullus homo currit, vel nō currit, sunt Contrariæ, nec oportet mutare illud, Vel.

Ex his nō difficile erit oppositiones in propositionibus Hypotheticis inuenire, cùm enim quantitatem non habeant, solam Contradictoriā sortiuntur oppositionē, quæ facilis est in Conditionali, & Causali per negationis appositionē, vt, si Sol lucet dies est, Nō si sol lucet dies. Quia æstas est, calor est. Non quia æstas est, calor est. In Disiunctiua verò & Copulatiua est particularis alius contradicendi modus. Nam Disiunctiua, & Copulatiua ex partibus contradicentibus compositæ inter se contradicunt. Istæ enim Contradictoriæ sunt, Nullus homo est animal, & Nullus equus est albus. Homo est animal, vel equus est albus. Possent etiam inter has Contrariæ, & subcontrariæ secundum partes assignari, sed id intelligēti, quæ dicta sunt, facere non erit difficile.

De Legibus oppositarū. Cap. XIIII.

HAEC

HAEC autem lex,& natura Contradicto riarũ est, vt in nulla materia vtraque simul vera,aut falsa esse possit,sed exvniꝰ veritate alterius falsitas,& ex falsitate veritas sequatur.

Contrarũ lex ẽ, vt in materia Naturali, et Remota alteravera,altera falsa necessariò sit:In materia Cõtingẽti vtraq; falsa esse possit,nunquã tamen vera:vnde ex vnius veritate alterius falsitas colligitur,quia vtraque vera nequit esse,tamẽ ex vnius falsitate alterius veritas non infertur, cum vtramque falsam esse formaliter non repugnet.

Subcõtrarũ lex, in materia Naturali,&Remota eadẽ est cum alijs, in materia verò Cõtingenti vtraque vera formaliter esse potest,nõ tamẽ falsa;vnde ex vnius falsitate alterius veritas,non tamẽ ex alteriusveritate,alterius colligitur falsitas

Subalternarũ lex est,vt in materia Naturali & Remota simul veræ,vel falsæ sint;in materiaverò Contingẽti alteravera,altera falsa potest esse,ita tamen vt si vniuersalis est vera,particularis sit vera,at si particularis falsa,vniuersalis sit falsa,non contra;potest enim particularis esse vera, & vniuersalis falsa . Sunt autẽ aliquot Regulæ pro vsu & cognitione oppositarum propositionum.

Prima Regula. Propositis duabus propositio-

nibus

nibus oppositis, si Subalternans vnius est Contraria alterius, illæ sunt Contradictoriæ, verbi gratia, Omnis homo est albus, homo non est albus, sunt cõtradictoriæ; nã Subalternans illius negatiuæ, quæ est ista, Nullus homo est albus, est Cõtraria prioris scilicet. Omnis homo est albꝰ. Perinde est ac si dicamus, in Contradictorijs, Subalternãs particularis ẽ, Cõtraria ꝓpositionis vniuersalis.

Secunda. Datis duabus oppositis, si affirmatiua inferat Contradictoriam negatiuæ, nec inferatur ab ea, illæ sunt Contrariæ, ac si dicas Contraria affirmatiua infert Contradictoriã negatiuæ; Omnis homo est albus, Nullꝰ homo est albus, illa affirmatiua infert hanc, Homo est albus, quæ est contradictoria negatiuæ illius.

Tertia. Si ex contradictoria negatiuæ sequatur affirmatiua, illæ sunt subcontrariæ. Homo est albus, homo non est albus, ex Contradictoria huius negatiuæ, quæ est, Omnis homo est albus, sequitur illa affirmatiua, Homo est albus, & nõ cõtra. Propterea illæ sunt Subcõtrariæ, perindè est ac si dicatur, Contradictoria subcontrariæ infert aliam subcontrariam.

Quarta. Si cõtradictoria vniꝰ est Cõtraria vel Subcõtraria alteriꝰ, ille sunt Subalternæ, vt Omnis homo est albus, aliquis hõ est albus. Contra-

dictoria

dictoria particularis est cōtraria vniuersalis, & contradictoria vniuersalis est Subcontraria particularis, ac propterea illæ subalternæ.

De Aequipolentia. Cap. XV.

AEQVIPOLLENTIA, est duarum propositionum vtroque extremo eodem ordine participantium vis eadem à varijs signis proueniens. Vnde tales propositiones se mutuò inferunt, prodestque hoc ad obscuras propositiones in clariores resoluendas. Sūt autem aliquot regulæ obseruandæ.

Prima regula; Datis duabus Contradictorijs cuique præponatur negatio, fit alteri æquipollēs Verbi gratia. Omnis homo est albus, Aliquis homo non est albus. Si priori addas negationem, & dicas, Non omnis homo est albus, æquiualet illi, Aliquis homo nō est albus; si huic addas negationem. Non aliquis homo non est albus, æquiualet huic, Omnis homo est albus, Vsus huius regulæ est, Quando tibi oblata fuerit propositio habens propositam negationem, cuius vis tibi ignota est deme negationē, & quære illius Contradictoriā, nā huic æquipollebit cū illa negatione præposita

Secūda. Datis duabus Cōtrarijs cuicunq; postponatur negatio, fit alteri æquipollēs; Nullus hō est

est albus,Omnis homo est albus;si dicas. Nullus homo nõ est albus,æquipollebit huic, Omnis homo est albus; si dicas Omnis homo nõ est albus, æquiualebit alteri Nullus homo est albus; Huius regulæ idem est vsus,sicut qui & primæ.

Tertia. Datis duabus subalternis, cuicunq; præponatur & postponatur negatio,alteri æquipollet,Omnis homo est albus,Homo est albus,si dicas Non omnis homo nõ est albus, æquipollet huic;Aliquis homo est albus,si autem dicas; Non aliquis homo non est albus,æquipollet huic;Omnis homo est albus.Idem in his.Nullus homo est albus,Homo non est albus.Si enim dicas, Nõ nullus homo non est albus,æquipollet, Aliquis homo non est albus;particulari vero huic non congruè addes duas negationes.Huius pariter regulæ idem est vsus,qui & aliarũ. Est autem hæc negationis virtus,vt cadens supra terminũ supponentem vniuersaliter faciat eum supponere particulariter,& cadens supra particulariter supponẽtem,faciat eum supponere vniuersaliter, affirmatũ neget,negatum affirmet:vnde, Non omnis æquiualet,Quidam non.Non nullus,Quidã. Nõ aliquis,Nullus.Omnis non,Nullus.at,Nullus nõ, Omnis.Quando ex his vltimis vnum cadit supra subiectum,alterum supra prædicatum,vt Omnis homo

homo non eſt albus. Nullus homo non eſt albus. Ex hoc ſequitur quod paritas negationũ virtute affirmat, imparitas negat, quãdo partes extremorũ non efficiuntur, & tunc tertia negatio exercet ſuam virtuté poſt ſe, ſicut ſi nulla præceſſiſſet. Aliquãdo Rhetores ornatus cauſa, & vt magis negãtes explicent affectum, ſolent negationes multiplicare, præſertim quando plura nomina ad vnũ verbum referuntur, quorum vnum ab altero nõ pendet, ita vt cum ſingulis verbum accipi poſſit, & tunc talis propoſitio negatiua eſt cẽſenda, nec ex his ſtrictis Dialecticorum regulis eſt pẽſanda vt, Iſte non veretur Deum, neque homines. Nullꝰ homo, nullo loco, nullo tempore, nullo momẽtó quieſcit, id eſt, Nullus homo, aliquo tempore, loco, aliquoue momento quieſcit.

De Conuerſione, Cap. VI.

CONVERSIO, eſt duarum propoſitionũ vnius ad alteram per extremorum tranſpoſitioné cõſequẽtia neceſſaria; cuius antecedens dicitur Propoſitio conuerſa, conſequens autem Propoſitio conuertens, nec oportet ſit mutua inter eas cõſequentia, hæc enim conuerſio eſt, Omnis homo eſt animal, ergo animal eſt homo. non ſemper tamen valet contra à conuertente ad cõuerſam,

uersam, vt si conuertatur, Omnis homo est albus ergo aliquid album est homo, non tamen cōtrà valet, aliquid album est homo, ergo omnis homo est albus. Conuersionis tres sunt species. Prima est Conuersio Simplex, quæ in terminis dici solet, quando ex prædicato subiectum, & ex subiecto prædicatū fit, eadem quantitate extremorum, & qualitate seruata, quo pacto vniuersalis negatiua, et particularis affirmatiua in se ipsascō uertūtur, vt Nullus homo est lapis, ergo Nullus lapis est homo; Homo ē animal, ergo animal est hō Secunda species est, quando extrema mutantur manēte qualitate, mutata tamen quātitate, quæ, Conuersio in parte dici solet, quomodo vniuersalis affirmatiua & negatiua conuertuntur, vt Omnis homo est animal, ergo Aliquod animal est homo, Nullus homo est lapis, ergo lapis non est homo. Tertia species conuersionis est per Cōtrapositionem, quādo manente eadē quātitate propositionis & qualitate, extrema transmutatur non solùm quātum ad ordinem, sed etiam quia ex finitis fiunt infinita, quo modo vniuersalis affirmatiua, in vniuersalem affirmatiuam, & particularis negatiua, in particularem negatiuam conuertuntur, vt Omnis homo est animal, ergo Omne non animal, est non homo. Homo non est lapis.

ergo

ergo Non lapis non eſt non homo. In hac autem conuerſione illud obſeruandum eſt, vt in conuerſione affirmatiuæ ponatur conſtantia conuertentis, non enim ſequitur Omnis homo eſt ens, ergo Omne non ens eſt non homo, Prior namque eſt vera, poſterior falſa, quia ſubiectum non ſupponit, & eſt affirmatiua. In negatiua autē ponatur Conſtantia ſubiecti conuerſæ; non enim ſequitur Antichriſtus non eſt bonus, ergo aliquid non bonum non eſt nō Antichriſtus, nam iſta poſterior vera non eſt, cùm cuncta, quæ modo bona non ſunt, ſint non Antichriſtus, quòd ſi Antichriſtus modo eſſet, & ſupponeret iſte terminus, eſſet vera. Aliquod non bonum, ſcilicet ipſe Antichriſt9, non eſt non Antichriſtus. Solent autem iſtæ conuerſiones his carminibus exprimi.

Simpliciter Feci: conuertitur Eua per acci.
Aſto per contra: ſic fit conuerſio tota.
Aſſerit. A. negat. E. ſunt vniuerſaliter ambae.
Aſſerit. I. negat. O. ſunt particulariter ambae.

Literæ enim denotant propoſitiones conuertendas. per A, intelligitur vniuerſalis affirmatiua. per, E, vniuerſalis negatiua. per, I, particularis affirmatiua. per, O, particularis negatiua. Circa hæc aliqua communiter obſeruāda ſunt. Primo; in cō-

quando expressum non est, debet fieri resolutio, vel quando aptè fieri nō potest, debet fieri aliqua circum locutiō. Iste liber est Aristotelis, ergo aliquod ens Aristotelis est iste liber. Nullus homo ē omnis homo, ergo Nihil quod sit omnis homo, ē homo. Ceruus velociter currit. Currens velociter est cerrus. Secundò. Obseruari debet genus suppositionis, vt non mutetur ex Simplici in Personalem, vel ex Materiali in aliam quamuis, vnde non valet, Homo est nomen, ergo Nomen est homo. Leo est species, ergo Species ē Leo, nisi sit eadē, non enim valet, senex fuit iuuenis, ergo Iuuenis fuit senex. Sed debet aliquid assumi ad seruandam terminorū Applicationē, scilicet ille qui fuit iuuenis, est vel fuit senex, Basylica incipit esse, nō valet. Aliquod incipiens esse est Basylica, sed Aliquod incipiens est, vel erit Basylica, similiter conuertatur, Adam est prior Antichristo, ergo aliquod prius Antichristo est vel fuit Adam. Obseruāda est etiā Appellatio si qua occurrerit.

FINIS SECVNDI LIBRI.

LIBER

INTRODV CTIONIS IN DIALECTICAM ARISTOTELIS LIBER. III.

De Modalibus, & Exponibilibus.

Quid & quotuplex Modus, & Enunciatio Modalis. Cap. I.

DE Enunciationibus absolutè prædicatum inesse subiecto enunciãtibus, pariterque de compositis, & earum omnium ꝓprietatib. hucusque egimus; Nunc de simplicibus quibusdam Enunciationibus prædicatum cum aliquo modo enunciantibus, quas Modales vocant, disseramus Circa eas autẽ tria oportet speculari, earum scilicet Aequipollentiam, Oppositionem, & Conuersionem, non enim in his aliarum eadem obseruã tur præcepta, & leges. Est autẽ Modus, parti vel toti propositioni adiacens determinatio. Modi enim non aliud sunt, quàm limitationes, & coarctationes eorum, quæ communia, & indifferentia

tia sunt. Qui enim dicit, homo disputat, indeterminatè profert hominem, at cum dicitur, homo albus disputat, iam ratione illius adiecti subiectũ restrictum est, tale enim adiectũ modus dicitur.

Modus duplex est; alter, qui additur parti propositionis, nempè nomini, aut verbo, quales sunt obliqui casus, & adiectiua nomina, quæ Modi sũt nominum, similiter aduerbia verborum significationes determinantia, quorum præcipua consideratio Grammatica est. Alter modus est. ipsius propositionis compositionem determinans, vt verũ, falsum, contingens: dicimus enim, hominem esse animal verum est, hominem currere contingens est, qui modi totam ipsam propositionem verã, vel contingentem esse determinant. Et quamuis multi huiusmodi modos Enũciationes Modales, de quibus est consideratio, constituere existimauerint, tamen adhuc inter huiusmodi modos distinguendum videtur. sunt enim quidam Enunciationis compositionem ita determinantes, vt simul etiam eiusdem Enunciationis materiam determinent ac indicent, & huiusmodi præsens est disputatio. Est igitur Modus, qualiter hic consideratur, vox significatiua, enunciationis compositionem ratione materiæ determinans. Cum autẽ triplex sit materia, vt superiꝰ diximꝰ. Necessaria

Remota,Contingens, triplex etiam modus erit, nempe,Necessarium,Impossibile,Contingens:nã & si ponatur quartus,scilicet Possibile, re tamen cum Contingēti idem est.En igitur,quid Modus, & quotuplex sit.Modalis autem Enunciatio est, quæ aliquo ex his modis est determinata,quæ pari ratione triplex est secundum modorum numerum,seu potius quadruplex,si modi secundũ vocem considerentur.Est autem obseruandum,modos dupliciter vsurpari:vno modo Aduerbialiter nempè,cùm dicimus, homo impossibiliter est lapis,Deus necessariò est vnus. Petrus cõtingēter, seu possibiliter disputat. Altero modo Nominaliter,vt hominem disputare est contingens,Deum esse vnum est necessarium. Est autem discrimen, cùm enim Nominaliter sumuntur,locum habent prædicati,& quæ simplex erat Enũciatio in finitũ mutatur,& vnius habet subiecti rationé, vt si dicas,hominé disputare est contingens vna est enũciatio Categorica,cuius subiectum totũ illud est, hominé disputare,quod dici solet Dictũ.Prædicatum autem residuum est,scilicet, est contingens, quod dicitur Modus,& pari ratione in alijs huiusmodi.Cũverò Aduerbialiter tenetur modus,enũciationis forma nõ mutatur,vt si dicas, homo necessariò est animal, equus possibiliter est albus.

Vtcunque auté, siue Nominaliter, siue Aduerbialiter modus sumatur, bifariam in enũciatione cõstituitur: vno modo intra ipsius extrema, seu intra partes dicti, vt homo possibiliter disputat, & hominem possibile est disputare. altero autem modo extrà totam Enunciationem vel dictum, siue ante, siue post vt possibiliter homo disputat possibiliter, similiter, possibile est hominem disputare, vel hominem disputare est possibile, idem de alijs censendum est modis.

Solet autem à quibusdam nõ parum discriminis inter ista assignari. Cùm enim modus siue Nominalis, siue Aduerbialis medius est, modalē diuisam: Cùm verò extra est, modalē cõpositã facit. Est auté Modalis diuisa, in qua prædicatũ denotatur inesse supposito subiecti, quod maximè terminis connotatiuis accidit, vt si dicas, album possibiliter est nigrũ, sensum diuisum facit, népe, corpus illud, quod albũ est, posse esse nigrũ, sed diuisè, id est, non vt quãdo albũ est, nigrũ sit. Similiter idem sensus est in istis, calidum contingenter est frigidum, ambulantem possibile est sedere; scribétem contingit nõ scribere, in quibus omnibus prædicata suppositis, seu materialibus subiectorum conuenire denotantur. Modalis composita est, in qua partes dicti, vel Enunciationis etiam secun-

dum sua formalia significata simul vniuntur, vt ambulãtem sedere est impossibile, sensus compositus est, nempè, impossibile esse, quòd ambulãs, dum ambulat, sedeat. Idem sensus est in alijs, scilicet, calidum, esse frigidum impossibile est dum calidum est, seu impossibiliter calidum est frigidum contingenter album est dulce. At quamuis ista distinctio sensus compositi & diuisi sit verissima, & tales Enunciationes hosce sensus admittere recipiendum sit, non tamẽ refert (quantũ existimo) quod modus in medio, vel extra ponatur, sed vtcunque collocetur, vtrunq; sensum admittit, ac ideo distinguenda semper potius est, quamuis si aures consultamus, modus in medio constitutus sensum diuisum facere videbitur, sed id non semper est, nec in Aristotele habet fundamentum.

De qualitate & quantitate Modalis Cap. II.

DE Enunciatione de Modo aduerbiali, nunc prætermissa postea dicemus. Interim de ea, quæ Modo constat nominali tractemus, ac primum de eius qualitate, postea verò de quãtitate Modalis igitur, & vera, & falsa dicitur. Eius tamẽ veritas & falsitas secundum modi naturam pen-

ſanda eſt, & non ſolum ab eo, quod res eſt vel nõ eſt ſimpliciter, quod hiſce regulis fiet manifeſtũ.

Prima. Modalis de neceſſariò vera eſt, cuius dictum reducitur ad propoſitionem neceſſariam, vnde iſta, hominem eſſe animal eſt neceſſe, vera eſt, quia Dictum illud reducitur ad propoſitioné hanc neceſſariam homo eſt animal. Falſa autem eſt, cum eius dictumreducitur ad propoſitionem vel impoſſibilem, vel contingentem. Iſtæ enim falſæ ſunt, hominem non eſſe animal eſt neceſſe, & equum eſſe album eſt neceſſe, ipſarum enim Dicta ad propoſitiones reducuntur, quarum altera eſt impoſſibilis, ſcilicet homo non eſt animal, & altera contingens, quanuis vera ſit, ſcilicet equus eſt albus. Tales autem propoſitiones, in quas Dicta reducũtur, dicuntur propoſitiones de ineſſe.

Secnnda Regula. Enunciatio de Impoſſibili eſt vera, cuius de Ineſſe, nempè illa ꝓpoſitio ad quã dictum reſoluitur, eſt impoſſibilis. Vnde iſta vera eſt, hominé eſſe equum eſt impoſſibile, cùm reducatur in illam, homo eſt equus, quæ eſt impoſſibilis. Illa verò falſa eſt, cuius de ineſſe, vel eſt neceſſaria, vel contingens, ob quam rationem iſtæ falſæ ſunt, hominem eſſe animal eſt impoſſibile, & equum eſſe album eſt impoſſibile.

Tertia Regula. Enũciatio de Poſſibili vera eſt,

cuius de inesse nõ est propositio impossibilis,siue sit contingens:vnde istæ veræ sunt,hominem esse animal est possibile,equum esse album est possibile,licet de præsenti nullus equꝰ sit albus,vnde aduerte,Illud in præsenti dici possibile,quod potest esse,siue sit,siue non sit,siue possit nõ esse, siue nõ possit non esse. Illa autem falsa est,cuiusde Inesse est propositio nec necessaria,nec contingens, sed impossibilis:istæ nanque falsæ sunt,hominem nõ esse animal est possibile, & equum esse canem est possibile,vtrũq; enim horum Impossibile est. Pro Contingenti verò non constituitur alia regula præter hanc eandem de Possibili,quia Contingens,vt hic consideratur,inter modos idem re significat,quod Possibile,vt inferius dicemus. In his autem propositionibus de Inesse vnum attẽdi debet,vt seruetur idem tempus in ipsis , quod erat in dictis,vnde ista, Petrus cucurrisse est cõtingẽs reducenda erit in hac de Inesse. Petrus cucurrit. Similiter in alijs temporibus,has tres regulas,de compositis oportet intelligere. diuisæ enim priùs resoluẽdæ sunt ratione cõnotationis subiecti, vt hoc albũ possibile est esse nigrũ , resoluatur, hoc quod est vel potest esse album,possibile est esse nigrum,cum ampliatione semper extremorum postea reducatur ad suam de inesse cum materiali

subie-

subiecti,scilicet,hoc est nigrum esse possibile, idē in alijs modis,si enim ad suā deinesse resoluetur, immediatè esset falsa,scilicet album est nigrū est possibile,& tamen illa diuisa vera erat, praeterea diuisa prius debet resolui in singulares,quādo est de subiecto communi,& postea singulares ad de inesse reduci possunt.

Quarta Regula. Modales omnes veræ sunt necessariæ. Falsæ autem Impossibiles, nūquam Contingentes sunt. Quamuis enim dicā a Modaliū aliqua necessaria, aliqua impossibilia, aliqua contingentia reperiantur, tamen ipsæ Modales si veræ, necessariæ, si falsæ, impossibiles sunt, vnde ista necessaria est, equum esse album est cōtingens, quia ita est, nec potest aliter esse, quin sit contingens, equum esse album. Ista autē est impossibilis, equū esse album est necessarium, & ita, hominē esse doctum est impossibile, pariter est impossibilis. Ex quo fit, vt aliud sit propositionem esse necessariā & aliud esse de modo necessario, potest enim esse propositionem esse necessariam, & de modo cōtingenti, vti diximus, & similiter esse Impossibilē, & de modo necessario, tunc enim dicitur de modo necessario, vel de modo contingenti, quando cum talibus modis enunciatur, siue sit vera, aut falsa, necessaria, vel impossibilis. Inter hasce Modales

dales quædam Affirmatiuæ, quædam Negatiuæ etiam reperiuntur, earum tamen negatio vel affirmatio nō à dicto, sed à copula ipsius modi pe tenda est, vt illa sit affirmatiua, cuius copula mo di affirmata, est quantumcunque dictum affirme tur, vel negetur, istæ enim affirmatiuæ sunt, homi nem non esse animal est impossibile, Petrum cur rere est contingens, & similes. Illa verò negatiua est cuius copula modi negatur, quantumcunq; di ctum affirmetur, vel negetur, istæ enim negatiuæ sunt, hominem currere non est impossibile, equū nō esse albū non est necesse, & aliæ huiuscemodi.

In Modalibus etiam quantitas inest, quædam enim est vniuersalis, quædam particularis. Dupli citer autem in his quantitas sumi potest. Altero modo ex parte ipsius modi, vt illa sit vniuersalis, quæ modum habet vniuersalem: illa particularis, quæ modum sortitur particularem. Sunt autem modi vniuersales duo; Impossibile, & Necesse; duo autem particulares, Contingens nempe, & Possi bile. Altero modo ex parte dicti, quod si fuerit v niuersale; & Modalis dicetur vniuersalis. Similis est ratio, si fuerit particulare, indefinitum, aut sin gulare. At quamuis duplex hæc quantitas in Mo dalibus inueniatur, præcipuè tamen in oppositio ne, & Aequipollentia earum habenda est ratio-

ne quātitatis modi, ac propterea cēsenda est vniuersalis, quæ modum habet vniuersalem, quantū cumq; dictum sit singulare. Econtra Particularis erit, quæ modum habet particularem, quantumcumque dictum sit vniuersaliter sumptum.

De Modaliū Aequipollētia. Cap. III.

CVM igitur quatuor sint modi, etiam erunt propositiones Modales secundum genus, quædam de Possibili, quædam de Contingenti, quædam de Impossibili, quædam de Necessario, Contingens autem dupliciter accipitur, vno modo, vt opponitur necessariò, vt idem sit cōtingēs, & id quod potest esse, & non esse. Altero modo, vt idem dicatur quod possibile, scilicet quod potest esse, & sic est superius ad necessarium; quod enim necessarium est, potest esse, non tamen omne quod potest esse necessarium, & sic sumitur in præsenti iste modus, nō priori modo, vnde re nō differunt Cōtingēs & Possibile, sed voce tātùm.

Qualibet autem harum quatuor propositionū quatuor habet sub se species. prima est, in qua dictum & modus affirmātur, vt Petrū currere est possibile. Petrū currere est contingens. Petrum currere est impossibile. Petrū currere est necesse. Altera est, in qua dictū negatur, & modus affirmatur

matur, vt Petrum non currere est possibile Petrũ non currere est contingens. Petrum non currere est impossibile, Petrum non currere est necesse. Tertia est, in qua dictum affirmatur, & modus negatur, vt Petrum currere non est possibile, & sic cõsequẽter in alijs modis. Quarta est in qua vtrũque negatur, vt Petrum non currere non est possibile: idem in alijs, quas omnes pro singularæ secundum sequens tibi figura manifestat, vbi positiones suos modos collocantur, in singulis quadrangulis.

POSSIBILE.	CONTINGEN.
Petrũ currere ẽ possibile.	Petrũ currere ẽ cõtingẽs
Petrũ nõ currere ẽ possibi	Petrũ nõ currere ẽ cõtin.
Petrũ currere nõ ẽ possibi	Pe. currere nõ ẽ cõtingẽs
Petrũ currere nõ ẽ possibi	Pe. nõ cur. nõ ẽ cõtingẽs.
Petrũ currere ẽ impossibi	Petrũ currere est necesse.
Pe. nõ currere ẽ impossibi	Petrũ nõ currere ẽ neces.
Pe. currere nõ ẽ impossibi	Petrũ currere nõ ẽ neces.
Pe. nõ currere nõ ẽ impos	Pe. nõ currere nõ ẽ neces.
IMPOSSIBILE.	NECESSE.

His constitutis aduertendum est, singulas vnius modi habere singulas aliorum modorũ æquiualentes, vna enim de possibili, quæcũque sit, habet alteram de contingenti, & aliam de impossibili,

& aliam de necessario sibi æquipollentes.idē etiā fit in alijs aliorū modorū,quæ tamen propositiones æquipolleant,sequentibus regulis manifestabitur,quæ licet de vno modo sint,per eum tamē reliqui cognoscuntur.

Prima Regula.Propositio de Possibili vtroque affirmato æquiualet vni de Cōtingenti vtroq; affirmato,& alij de Impossibili de modo solum negato,& alij de Necessario de vtroque negato, & sic omnes hæ quatuor propositiones sunt æquipollentes.Petrum currere est possibile,Petrum currere est contingens. Petrum currere nōn est impossibile.Petrum non currere nōn est necesse.

Secunda Regula.Propositio de Possibili de dicto solùm negato,æquiualet vni de Contingenti de dicto solùm negato,& vni de Impossibili de vtroque negatio,& vni de Necessario de modo solùm negato,vnde hæ quatuor æquiualent. Petrū non currere est possibile.Petrum non currere est contingens. Petrum non currere non est impossibile.Petrum currere non est necesse.

Tertia Regula.Propositio de Possibili de modo solùm negato æquipollet vni de Contingenti de modo solùm negato, & vni de Impossibili de vtroque affirmato,& vni de Necessario de dicto tantùm negato,vnde istæ sunt æquiualentes.Petrum

trum currere nõ est possibile. Petrumcurrere nõ est Contingens. Petrum currere est impossibili. Petrum non currere est necesse.

Quarta Regula. Propositio de Possibili vtroque negato æquiualet vni de Contingenti vtroque negato, & vni de Impossibile de dicto solùm negato, & vni de Necessario de vtroque affirmato, vnde istæ æquipollent. Petrum nõ currere nõ est Contingens. Petrum non currere est Impossibile. Petrum currere est necesse.

Vnum tamen in his omnibus obseruandũ est, vt quoties dictum est de subiecto cõmuni, varietur eius quãtitas in propositionibus solùm de necessario, vt si in alijs est particulare, in propositione de necessario fiat vniuersale, vel si in his ẽ particulare, in illis fiat vniuersale, vnde illæ æquiualent, hominem currere est possibile, hominẽ currere est contingens, hominem currere non est impossibile. omnem hominem non currere non est necesse. Vel si in illis assumatur vniuersalitas, in hac debet deponi, aliter non æquiualerẽt. Sequẽtes figuræ has omnes manifestant.

AEQVIPOLENTES	AEQVIPOLENTES
Petrũ currere est possibile.	Petrũ nõ currere ẽ possibile
Petrũ currere ẽ cõtingens.	Pe.nõ currere est cõtingẽs.
Pe.currere nõ ẽ impossibile	Pe.nõ currere nõ est impos.
Petrũ currere nõ ẽ necesse.	Petrũ currere nõ est necesse
AEQVIPOLENTES	AEQVIPOLENTES
Petrũ currere nõ ẽ possibile	Pe.nõ curr. nõ est possibile.
Petrũ currere nõ ẽ cõtigẽs.	Pe.nõ cur. nõ est contingẽs
Petrũ currere ẽ impossibile.	Petrũ nõ cur.est impossibile
Petrũ nõ currere est necesse	Petrum currere est necesse.

AEQVIPOLENTES DE SVBIECTO COMMVNI.

Hominẽ currere est possibile.	Hominẽ non cur. est possibile
Homi.currere est cõtingens.	Hominẽ nõ cur.est cõtingẽs.
Homi.currere nõ est impossi.	Ho.nõ cur.nõ est impossibile.
Oẽm ho.nõ cur.nõ est neces.	Oẽm ho.curr.nõ est necesse.
AEQVIPOLENTES	AEQVIPOLENTES
Homi. currere nõ est possibi.	Hominẽ non cur. nõ est possi.
Homi.curr.nõ est contingẽs.	Ho.non cur. nõ est cõtingẽs.
Homi.currere est impossibile	Homi.non cur.est impossibile
Oẽm ho.nõ currere ẽ necesse	Oẽm ho. currere est necesse.
AEQVIPOLENTES	AEQVIPOLENTES

Si tamẽ ista facilius cognoscere desideras, per quasdam voces poteris ea in prõptu habere, quæ sunt ab antiquis excogitatæ, scilicet. Amabimus, Edentuli, Iliace, Purpurea: in quibus continentur quatuor

quatuor vocales, A, E, I, V. A designat modalem cuiuscunque sit modi affirmatiuam, de vtroque: E. negatiuam de dicto, affirmatiuam de Modo. I. negatiuam de modo, affirmatiuam de dicto, V, negatiuam de vtroque. Aduerte præterea in illis singulis vocibus esse quatuor vocales, prima significat de Possibili, secunda significat propositionem de Contingenti, tertia de Impossibi, quarta de Necessario, illæ ergo sunt æquipollentes, quæ vnica voce continentur, vt patet in prima voce Amabimꝰ. prima enim ē de possibili, & quia est. A est tota affirmatiua. Petrum currere est possibile secunda est de Contingenti & quia est, A. est tota etiam affirmatiua. Petrum currere est contingés. tertia est de Impossibili, & quia est, I, est negatiua tātūm de modo. Petrū currere non est impossibile. quarta est de Necessario & quia est, V, est tota negatiua. Petrum non currere nō estnecesse. Omnes hæ quatuor inter se sunt æquipollentes. similiter illæ, quæ alijs dictionibus continentur, seruādo eundem ordinem. Quòd si velis proposita aliqua modali eius Aequipollentes cognoscere, collata eam in sua voce, & tunc sume alias secundū illam vocem; potest autem cognosci, in qua voce sit, si fuerit de possibili considerādo primas vocales, quæ ei conueniant, si fuerit de contingenti, cō-

sideran-

ſiderando ſecūdas,tertias verò,ſi fuerit de impoſſibili,quartas,ſi de neceſſario. V.g. Petrū currere ē impoſſibile,cōtinetur in Illiace,vbi tertia eſt de Impoſſibili toto affirmato,tūc ſumere oportet alias Aequipollétes ſecundū vocaliū ordinē,& qualitatē,prima ē q̄ poſſibile modo ſolū negato,quia eſt,I,ſecūda de cōtingēti eodē modo,tertia ē illamet,quarta ē de neceſſario de dicto tātū negato, quia eſt,E,idem in alijs modis vniformiter.

De Oppoſitione Modaliū. Cap. IIII.

AEQVIPOLLENTIA Modalium perſpecta,facile eſt earum Oppoſitionem inuenire,omnes enim propoſitiones, quæ ſūt in Amabimus,de quibus fuit prima regula ſuperior,ſunt ſubcontrariæ earum;quæ ſunt in Edentuli,de quibus fuit ſecunda regula. Præterea omnes,quæ ſūt in Iliace,de quibus fuit tertia regula,ſunt contrariæ earum,quæ ſunt in Purpurea, de quibus fuit quarta regula. Præterea,quæ ſunt in Iliace, & in Amabimus cōtradicūt. Similiter & illæ, quæ ſunt in Purpurea,& Edentuli. Denique illæ, quæ ſunt in Purpurea,& Amabimus,ſunt ſubalternæ, & illæ pariter,quæ ſunt in Iliace & Edentuli,quæ omnia ſequens figura manifeſtat.


Aequipolentes.
pe.nõ cur.nõ ẽ pos
pe.nõ cur.nõ ẽ cõ.
pe.nõ cur.ẽ impos
pe.nõ cur.ẽ neces.
PVRPVREA.
Aequipolentes.
Pe.cur.nõ ẽ possi
pe.cur.nõ ẽ cõtin.
pe.curr.ẽ impossi.
pe.nõ cur.ẽ neces
ILIACE,
CONTRARIO
SVBALTERNE.
CONTRA DICTORIE
CONTRADICTORIE
SVBALTERNE.
AMABIMVS.
Pe.cur.ẽ possib.
pe.cur.ẽ cõtingẽs
pe.cur.nõ ẽ impos
pe.nõ cur.nõ ẽ ne.
A equipolentes.
SVBCONTRA
EDENTVLI
pe.nõ cur.ẽ possi.
pe.nõ curr.ẽ cõtĩn
pe.nõ cur.nõ ẽ im.
pe.cur.nõ ẽ neces.
Aequipolentes.

Quando autem Modales sunt de termino cõmuni, tũc in earũ oppositione obseruandũ est, vt quoties dicta sunt oppositæ qualitatis, scilicet, alterum est affirmatũ, alterum negatum, tunc etiã mutetur quãtitas subiecti, vt in vna sit particulare, in altera vniuersale, vnde si prima de Amabimus est hæc, omnẽ hominẽ currere est possibile, eius cõtradictoria erit ista vltima de Iliace, homi nem non currere est necesse, & eius subcontraria ista prima de Edentuli, hominẽ non currere ẽ possibile. quando verò dicta non sunt opposita secũdum affirmationem, & negationẽ, non debet mutari quantitas. hæc autem regula semper vera est tamen in contrarijs licet manere eandem quanti tatem vniuersalem, & in subcontrarijs particularem, vnde istæ sunt cõtrariæ omne animal nõ esse hominem est necesse, quæ est in Illiace, & omne animal esse hominem est necesse, quæ est in Purpurea. & istæ subcõtrariæ, hominem currere est possibile, hominem nõ currere est possibile, prior est in Amabimus, posterior in Edentuli. Hæc omnia intellige quando dicta sunt oppositæ qualitatis, aliter enim debet manere eadem quantitas in oppositis. In Subalternis verò, quarum vna est de possibili, & altera de Necessario, obseruandũ est, ne dictum in possibili sit vniuersale & in ne-

cessario particulare, sed in vtroq; vniuersale vel in necessario sit vniuersale, in propositione autem de possibili particulare, vnde istæ subalternantur, omne animal esse hominem est necesse, quæ est in Purpurea, & omne animal esse hominem est possibile, vel aliquod animal esse hominem est possibile, non tamẽ istæ, omne animal esse hominem est possibile, aliquod animal esse hominem est necesse.


De Aequipollentia & Oppositione Modalium secundũ Aristotelem, & ipsarum Conuersione. Cap. V.

ARISTOTELES Secundo Periherm. quã uis modum communem, quem hactenus secuti sumus in assignãda Modalium Aequipollẽtia, & Oppositione, nõ reprobet, alterũ tamen veriorem modum ipse docet, quem prò studẽtiũ exercitio nõ grauabor exponere, & ad methodũ quandam facile reducere. Aristoteles igitur easdem modales, quas superius enarrauimus, assumit, diuerso tamen ordine distribuit: Primo enim loco eam, quæ de necessario est, constituit; Secundo eam, quæ de possibili: Tertio de contingenti; Quarto de impossibili, cuius ratio optima est, id

enim

enim in anteriori loco ponendum est,quo d vt antecedens se habet ad alterum, cùm igitur Necessarium antecedat possibile(quod.n. necessarium est possibile est,non tamẽ omne, quod possibile est,necessarium est,cum hominem esse albũ possibile sit,non tamen necessarium)meritò a Necessario,potius quàm a Possibili incipiemus: Constituantur ergo quatuor rotuli,in quorum singulis sint quatuor propositiones æquipollentes ex eisdẽModalibus sumpto initio ab ipsis đ necessario, vti diximus,quæ facilius his distinctionibus nostris poterunt cõprehendi,nẽpè, Argutule. Vestigia.Sine metu.Mutabatis.Prima dictio est,Argutule,in qua sunt quatuor Aequipollentes. prima de necessario tota affirmatiua denotata per A. nempè Petrũ esse animal est necesse. Secunda de possibili tota negata denotata per primum.V.nẽpè Petrum non esse animal non est possibile.tertia similiter negata de Contingenti per secundũ, V,vt Petrũ non esse animal nõ est cõtingẽs. quarta de Impossibili de modo affirmato, & dicto negato,scilicet,Petrum non esse animal est impossibile.hæc igitur quatuor æquipollentes sunt. Pari ratione pro alijs tribus poterunt eadẽ arte quatuor æquipollentes cõstitui,incipiendo semper à necessario.Quod si oppositionẽ in his quæris,cõsidera

dera eas, quæ sunt in prima, & secũda dictione, sibi mutuò esse contrarias, quæ autem in tertia, & quarta, sub contrarias, at quæ in prima sunt, contradicunt ijs, quæ sunt in tertia: quæ autem in secunda, ijs, quæ sunt in quarta. Quæ omnia sequẽs figura manifestat.



Oppositione autem & Aequipollentia vtrũq; discussis, conuersionem earundem modalium superest explicare. Circa quam vnum ante omnia aduertendum est. Modales non esse cõuertendas nisi secundum earum dicta, Modo, semper manẽte prædicato, & tunc sit.

Prima ꝓpositio: Modales omnes de modo necessario, possibili, contingenti, affirmatis, impossibili verò negato, cõuertuntur secundum sui dicti cõuersionem, id est, si dictum fuerit vniuersale affirmatiuum, conuertatur per accidens: si vniuersale negatiuum, aut particulare affirmatiuũ, simpliciter; si particulare negatiuum, non conuertatur; idem enim est iudicium de dictis, & de simplicibus Enunciationibus. Vnũ tamẽ obseruabimus vt quoties vniuersalis affirmatiua de necessario conuertitur, si fuerit de sensu diuiso, mutetur im possibile, verbi gratia, omnem hominem esse animal est necesse, conuertatur, aliquod animal esse hominẽ est possibile, nisi enim sic cõuertatur, multoties fient malæ consequentiæ, vt patet in istis, omne nigrũ esse corpus est necesse, nõ conuertitur, aliquod corpus esse nigrũ est necesse. hæc. n. est falsa, Illa vera. Similiter, omne Grammaticum esse hominem est necesse, conuertitur, aliquẽ hominem esse Grammaticũ est necesse. Idem etiam

obſeruandum erit in vniuerſali negatiua,præſertim in ijs,quæ modum aduerbialem habent,vt inferius dicemus.Idem cẽſendũ de particulari affirmatiua,quod de ipſa vniuerſali,vt mutetur Neceſſarium in Poſſibile, quando verò ſenſus cõpoſitus fuerit,non eſt opus mutare modum.

Secũda Propoſitio,Modales ex Impoſſibili affirmato,& de Contingenti poſſibili,& neceſſario negatis,non conuertuntur,quoties dictum ẽ vniuerſale affirmatiuum,non enim valet,omne animal eſſe hominem eſt impoſſibile,non eſt neceſſarium,ergo hominẽ eſſe animal eſt impoſſibile aut nõ neceſſariũ.Idẽ dicitur de alijs modis negatis.

Tertia propoſitio.Modales eædem,nempè de Impoſſibili affirmato,& de alijs modis negatis cõuertuntur,quoties dicta ſimpliciter conuerti poſſunt,cum ſunt vniuerſalia negatiua, aut particularia affirmatiua, vt nullũ hominem eſſe animal eſt impoſſibile, conuertitur, nullum animal eſſe hominem eſt impoſſibile.Similiter, nullũ animal eſſe hominem non eſt contingens, aut non poſſibile,non neceſſe,conuertitur, nullum hominem eſſe animal non eſt contingens, aut nõ poſſibile, vel non neceſſe.


Quarta propoſitio. Nihil prohibet Modales per Contrapoſitionem conuertere,quando dicta

vniuerſalia affirmatiua, aut particularia negatiua ſunt, ſicut & ſimplices Enunciationes conuertebantur, hoc tamen verum & facile, ſed tamen parum vtile eſt.

De Modalibus de modo Aduerbiali Cap. VI.

NON parum ad proprietates propoſitionum cognoſcendas naturam horum modorum intelligere prodeſt, Cùm igitur modi quatuor ſint, ex his, duo ſunt vniuerſales, Neceſſariò, & Impoſſibiliter: duo autem particulares, ex vniuerſalibus, alter eſt affirmatiuus, ſcilicet, Neceſſario: alter verò negatiuus, ſcilicet Impoſſibiliter. At vterque particularis eſt affirmatiuus, imò pro eodem ſumuntur, ſcilicet, Poſſibiliter, & Contingenter. Erit autem particularis negatiuus, ſi poſtponatur negatio, ſcilicet, Poſſibiliter non, vel, Contingenter non: Vnde Neceſſario ſe habet, ſicut Omnis, impoſſibiliter, ſicut, Nullus, Poſſibiliter, ſicut, Quidam; Poſsibiliter non, ſicut Quidã nõ. Ex quo patet, Neceſſario, & Impoſsibiliter, opponi cõtrariè; Poſsibiliter, & Poſsibiliter nõ, opponi Subcõtrariè; Neceſſario, & Poſsibiliter, ſubalternè; ſimiliter, Impoſſibiliter, & Poſsibiliter nõ. At Neceſſario, cũ Poſsibiliter nõ; Impoſſibiliter.

ſibiliter cũ Poſsibiliter, cõtradictoriè, vt ſequẽs figura facilè manifeſtabit. Similiter, ſicut Omnis nõ, valet, Nullus, & Nullus nõ, Omnis; ita Neceſſario nõ impoſſibiliter nõ, Neceſſario. Item ſicut, Nõ omnis, Quidã nõ; & Nõ nullus, Quidã, æquiualẽt; ita, Nõ neceſſario, Poſsibiliter nõ; Nõ impoſſibiliter. Demũ ſicut Nõ quidã, Nullus, Nõ quidã nõ, Omnis; ita etiã: Non poſsibiliter Impoſsibiliter, & Non poſsibiliter non, Neceſſario æquipollent, vt eadem figura manifeſtat.



Ex his facile erit; Oppositionem quamlibet inter ipsas propositiones inuenire, hoc enim ante omnia obseruandum est, vt in omni oppositione habeatur ratio tota ipsius modi. Illæ.n. erunt contrariæ, quarum modi sunt contrarij, vt istæ, homo necessario currit, homo impossibiliter currit; illæ subcontrariæ, quarum modi sunt subcontrarij, quãuis subiecta sint vniuersalia, vt omnis homo possibiliter currit, omnis homo possibiliter nõ currit. Sic etiã in alijs oppositionibus, & tales propositiones dicũtur oppositæ de modo. Quod si præter modi oppositionem, accesserit quãtitas subiecti, debita cuiq; oppositioni, magis opponũtur, & tũc dicuntur oppositæ de subiecto, & modo, vt si cõtrarijs addatur vniuersalitas in vtroq; subiecto. Contradictorijs in vno, Subcontrarijs in neutro, Subalternis in vno tãtùm: vnde istæ sunt contrariæ de subiecto & modo, omnis homo necessario currit, omnis homo impossibiliter currit istæ subcontrariæ, homo possibiliter currit; homo possibiliter non currit; istæ contradictoriæ, omnis homo necessario currit, aliquis homo possibiliter nõ currit; istæ subalternæ, Omnis homo necessario currit, possibiliter homo currit, vel omnis homo currit, vel omnis homo necessario est animal, aliquis homo possibiliter est animal, tamen

tamē ratio præcipua oppoſitionis in modo cōſiſtit, vt ea ſola ablata, oppoſitio auferatur, ea verò poſita ponatur. Ex quibus habes innumeras oppoſitiones, ſecūdū quod multi ſūt modi æquipollētes, & oppoſitio ex modis ſolis, & oppoſitio ex modis cū ſubiecto poteſt ſumi, quorū exēpla ſūt facilia. Circa cōuerſionē autē nō eſt aliquid peculiare præter ea, quæ diximus de ſimpliciū cōuerſione, ſed vniuerſalis affirmatiua per accidēs conuertatur, particularis autē affirmatiua, & vniuerſalis negatiua ſimpliciter, vnde iſta omnis homo poſsibiliter eſt animal, cōuertenda eſt in hāc, aliquod animal poſſibiliter eſt homo, hæc autē, nullus homo poſſibiliter eſt animal, in hanc, nullum animal poſſibiliter eſt homo. Vnum autē aduertendū eſt, vt modus vniuerſalis affirmatiuus, mutetur in conuertente in particularē affirmatiuū, vt iſta, creans neceſſariò eſt Deus, cōuertatur in hāc, Deus poſsibiliter eſt creās. Eſt etiā aliud aduertendū, Modū Impoſſibiliter in ſe habere negationē, ac propoſitionē reddere negatiuā, niſi ab alia negatione impediatur. Vnde iſta negatiua ē, omnis homo impoſsibiliter eſt lapis, & conuertēda etiam in negatiuam, nempe, omnis lapis impoſſibiliter eſt homo, vel in hanc, nullus lapis poſsibiliter eſt homo; iſta autem affirmatiua eſt propter

ter duas negationes, nullus homo impossibiliter est animal, conuertendo in hanc, aliquod animal possibiliter est homo, vniuersalis enim affirmatiua in particularẽ cõuertitur. denique maximè valor modorũ est cõsiderandus, ne eã, quæ est affirmatiua in virtute, cõuertamus sicut negatiuã, & id, quod erat particulariter sumendũ, vniuersaliter sumamus. Particularis verò negatiua de subiecto nõ est cõuertenda, sicut nec reliquæ Enunciationes, non enim cõuertes, aliquod animal impossibiliter est homo, nec, aliquis homo possibiliter nõ est Grãmaticus. Atq; hæc de istis Modalibus, quæ nulla ratione sunt parui pendenda, cũ horũ modorum cognitio non mediocrem ad rerũ naturas cognoscendas vsum exhibeat.

DE ENVNCIATIONIBVS.

De contingenti specialiter sumpto. Cap. VII.

ABSOLVTIS Modalibus Enunciationibus, quæ ex prædictis quatuor modis cõponuntur, superest, vt vnum alium modum, cuius Aristotel. in Prioribus meminit, explicemus; hic autem est Contingens nõ in ea significatione,

catione,qua ſuperius vſurpabatur, illic enim cō-
tingens pro poſsibili ſumebatur,vt illud eſſet cō-
tingens,ſeu Poſſibile,quod eſſe poteſt, ſiue poſſit
non eſſe,ſiue non poſſit non eſſe,idem de neceſſa-
rio,atq; etiam de exiſtenti non neceſſario prædi
cabatur,hic autem pro alio contingens vſurpa-
tur,pro illo nempè quod poteſt eſſe,& poteſt nō
eſſe,ſiue ſit,ſiue non ſit,& hoc contingens repug-
nat & contradicit non ſolum neceſſario, ſed etiā
impoſſibili.quod enim neceſſarium, aut impoſſi-
bile eſt,contingens non eſt,tale autem contingēs
vocant,ſpecialiter ſumptum.Huius natura eſt ad
modum conſideranda.habent enim hoc propoſi-
tiones de neceſſario,vt ſi affirmatiuum dictum ē
neceſſarium,negatiuum ſit impoſsibile, & econ-
tra,ſi negatiuum neceſſarium, affirmatiuum im-
poſſibile, vt ſi hominem eſſe animal eſt neceſſe,
hominem non eſſe animal eſt impoſſibile,& ſi ho
minem non eſſe lapidem eſt neceſſe, hominem eſ
ſe lapidem eſt impoſsibile.Hoc idem habent Enū
ciationes de Impoſſibili,vt ſi vna oppoſita ſit im-
poſſibilis,altera ſit neceſſaria: At de Contingenti
Enunciationes, ſi dictum oppoſitum eſt contin-
gens,& alterum neceſſario erit contingens, vt ſi
hominem eſſe album eſt contingens, etiam & ho
minem non eſſe album erit contingens, maximè
in

in his, quæ de sensu diuiso sunt. Ex quo fit, vt negatiua de Contingenti, virtualiter sit affirmatiua, cũ vna opposita non inferat alteram, vt diximus, & hoc notare maximè oportet pro Syllogismis de contingenti, traditis ab Aristotele in primo Priorum, quos explicabimus in quarto libro. Enunciationes autem de Contingenti sic cõuertere oportet; Affirmatiuæ enim vniuersales & particulares conuertuntur, sicut reliquæ, in particularẽ affirmatiuam; at vniuersalis negatiua cõuerti nõ potest in vniuersalem negatiuam, non enim conuertitur, nullum hominem esse album est contingens, in hanc nullum album esse contingens, poterit tamen particulariter conuerti. At particularis negatiua, quæ in alijs non conuertebatur, hic conuerti potest in particularem negatiuam; valet enim, aliquem hominem non esse album est contingens, ergo aliquod album non esse hominem est contingens, & hoc sufficiat pro Introductione huius in Aristotelem, vbi exactius hoc examinabitur.

De Exclusiuis. Cap. VIII.

ENVNCIATIONIBVS Modalibus absolutis, quibus ratione modi peculiaris inerat difficul-

difficultas,nũc de quibuſdam alijs,quæ ob aliquẽ terminũ,vel ſignum in eis incluſum multas ac varias in valore continent propoſitiones, ac propterea obſcurum habent ſenſum per illas incluſas, quæ clariores ſunt, manifeſtandum, tractemus, quas Exponibiles propoſitiones vocant, quem tractatum eo antiqui Dialectici Probationes terminorũ, appellarunt, quod tales propoſitiones per eas quas in ſe includũt,quæ manifeſtiores ſũt probari poſſint.haſque exponentes vocant.Inter huiuſmodi igitur Enunciationes primum genus eſt earum,quæ aliquo ſigno excluſiuo tenentur, quale eſt tantum,ſolum,& ſimilia,quarũ duplex eſt modus,quædam enim dicuntur de excluſo ex tremo,nimirum cùm tale ſignum prædicatũ determinat,& ab eo excluſionem facit, vt, homo ẽ tantum animal rationale;quædam abſolutè excluſiuæ dicuntur,cùm tale ſignum totam modificat propoſitionem,quod fit,cùm ſignum ex parte ſubiecti tenetur,vtroque autem modo biſariã fit excluſio, aut enim prædicatum eſt aliquis numerus,& tunc excluſio dicitur ſecundum pluralitatem;aut eſt aliqua alia res, & tunc excluſio dicitur ſecundum rem.Latè autem differunt Enunciationes hæ duæ, nempe quando eſt excluſio in prædicato, aut quando eſt excluſio in ſubiecto,

vt

vt videre eſt ex ſenſu diuerſo earumdem enunciationum, hæc enim, prædicabilia ſunt tantum quinq;, ſi excluſio fiat in prædicato, vera eſt, facit enim ſenſum, prædicabilia non excedere numerum quinarium, quod verũ eſt. at ſi excluſio fiat in ſubiecto, ſcilicet, tãtum prædicabilia ſunt quinque. propoſitio eſt falſa, quia facit ſenſum, nulla alia, à prædicabilibus, eſſe quinque, quod quidem falſum eſt. Vtriuſque igitur modi expoſitio trahenda eſt. Et quidem eam, quæ eſt de excluſo prædicato, exponere facilè eſt, ſi auferamus ſignum, & à prædicato remoueamus, ſi fuerit numerus, quemcunque alium numerum, ſi fuerit res, quamcunq; aliam rem. Iſta igitur, prædicabilia ſunt tãtùm quinque, exponitur, prædicabilia ſunt quinque, & non plura, ſimiliter, homo eſt tantùm animal rationale, exponitur, hõ eſt animal rationale, & nihil aliud: at ꝑpoſitiones excluſiuas de ſubiecto excluſo non ita facile eſt exponere; diuidẽdæ enim priùs ſunt, habent ſe namque in quadruplici differentia, quædam ſunt integræ affirmatiuæ, id eſt, in quibus ipſum ſignum & propoſitionis copula affirmatur, vt tantum homo eſt riſibilis. Secundò quædam ſunt harum oppoſitæ quæ vnam habent præpoſitam negationem, vt nõ tantum homo eſt riſibilis. Tertiò quædam ſunt de co

pula negata, de ſigno autem affirmato, vt tantum homo non eſt riſibilis. Quartò quædã ſunt harum oppoſitæ de vtroque negato, vt, non tantum homo non eſt riſibilis. Omnes autẽ iſtæ per Hypotheticas propoſitiones reſoluendæ ſunt, quarum prior pars conſtet ex eodem prædicato, & ſubiecto ipſius excluſiuæ ablato ſigno, poſterior autem ex eoden prædicato, & oppoſito ſubiecti, vt tãtum homo eſt animal, & nihil aliud ab homine, ſeu nullum non homo eſt animal; nõ tamen omnes eodem modo exponendæ ſunt, ſed prima per copulatiuam, cuius prior ſit ipſamet excluſiua ablato ſigno, poſterior negatiua vniuerſalis de oppoſito ſubiecti, vti diximus, vt tantum homo eſt riſibilis, homo eſt riſibilis, & nullũ non homo eſt riſibile. Huius autem negatiua diſiunctiuè eſt reſoluenda per partes contradictorias propoſitionibus prioris, vt, nõ tantũ hõ eſt riſibilis, exponitur nullus hõ ẽ riſibilis, vel, aliquod nõ hõ eſt riſibile. Tertia autẽ propoſitio exponẽda eſt Copulatiuè, ſicut prima, ita vt prior pars ſit ipſa excluſiua ablato ſigno, quæ in omnibus dicitur præiacens, & poſterior vniuerſalis affirmatiua de eodẽ prædicato, & oppoſito ſubiecti ſicut in alijs, vt tantũ hõ nõ eſt riſibilis, exponitur, hõ nõ eſt riſibilis, & quodlibet aliud ad homine, ſeu

omne


omne nō hō eſt riſibile. Quarta exponitur per Di ſiunctiuā, ſicut ſecūda ex partibus cōtradictorijs huius tertiæ, vt, non tantum homo non eſt riſibilis. Omnis homo eſt riſibilis, vel, aliquod non homo non eſt riſibile. Vnde ſemper habenda eſt regula, vt prima, & ſecūda reſoluantur contradictorio modo, ſimiliter tertia & quarta; propterea vtile erit in reſolutione ſecundæ, prius reſoluere primam, & in reſolutione quartæ prius reſoluere tertiam.

De Oppoſitione Excluſiuarum. Cap. IX.

ANTEQVAM Oppoſitionem harum tradamus, non inutile erit aliquas dictiones aſſignare, quibus iuuenes promptiores ſint in iſtis excluſiuis reſoluēdis. Sicut igitur hæ quatuor Iſte, Regit, Prorā, Clauo; quæ ſuo ordine ſingulæ ſingulis excluſiuis deſeruiunt, obſeruatis tamen illis duobus ſuperius enarratis, nempè, vt prima, & tertia exponantur copulatiuè, ſecūda & quarta diſiunctiuè, Similiter, vt prior pars conſtet ex eodem prædicato & ſubiecto, poſterior ex eodē prædicato, & oppoſito ſubiecti, obſeruatis etiam quatuor vocalibus notandis pro alijs etiam quæ inferius ſequuntur. A, denotat vniuerſalem affir-

matiuam. E, vniuersalem negatiuam. I, particularem affirmatiuam. O, particularem negatiuã. Est igitur prima dictio. Iste, pro exclusiua tota affirmatiua, scilicet, tantùm homo est risibilis, denotat, vt prior sit particularis affirmatiua. Secunda vniuersalis negatiua, vt expositum est. Regit, pro negatiua, non tantùm homo est risibilis, denotat, vt orior sit vniuersalis negatiua, posterior particularis affirmatiua, opposito modo Primæ. Aliæ etiam dictiones exponendæ sunt iuxta vocales suas. Est etiam, præter hæc consideranda vis signi exclusiui, quemadmodum enim signũ vniuersale affirmatiuum distribuit immediatos terminos, & mediatos confundit: ita Exclusiuum opposito modo, immediatos confundit, mediatos distribuit, vt tantum homo est animal, homo confunditur, animal distribuitur. Hinc est, quod tales propositiones conuertuntur per vniuersales affirmatiuas, vt tantùm homo est animal, conuertitur, omne animal est homo. In negatiuis hoc nõ valet, quia negatio mutat virtuté signi. Ex his Oppositiones in Exclusiuis inuenire nõ ẽ difficile illæ enim, quæ copulatiuè resoluũtur, scilicet, prima, & tertia sũt cõtrariæ, quæ vero disiũctiuè, vt secũda, & quarta subcõtrariæ, prima verò, & secũda, tertia cũ quarta cõtradictoriæ. Prima cũ quar
ta,

ta,& secũda cũ tertia Subalternæ,vt sequẽs figura manifestat.



De Exceptiuis. Cap. X.

POST Exclusiuas sequitur aliud propositionis genus,quod propositio Exceptiua dicitur quæ signo aliquo exceptionis modificatur,quale est præter,& aliud simile,in quibus obseruãdum est,vt terminus exceptus sit inferior termino, à

quo fit exceptio,& talis terminus,à quo exceptio fit,distribuatur, aliter enim non fiet congrua exceptiua, vt omne animal præter hominem est expers rationis, propter quod antiqui talem propositionem per tres exponentes manifestabant, quando affirmatiua erat, quarum prima quidem esset uniuersalis præiacens cum termino excluso i subiecto,scilicet,omne animal aliud ab homine est irrationale:Secunda vniuersalis affirmatiua,in qua prædicetur subiectum Exceptiuæ de termino excepto; scilicet, omnis homo est animal.Tertia vniuersalis negatiua,cuius subiectum sit terminus exceptus, & idem prædicatum exceptiuæ, scilicet nullus homo,est irrationalis.Contradictorio autem modo fiebat in negatiua,scilicet non omne animal præter hominē est irrationale, exponitur per Disiunctiuam ex partibus contradicentibus. At quando est negatiua de copula, non de signo, vt omne animal præter hominem non est rationale,tunc copulatiuè per tres vniuersales, prima negatiua, secunda & tertia affirmatiua de ijsdem subiectis & prædicatis, sicut prius, scilicet, nullum animal aliud ab homine est rationale,omnis homo est animal, et omnis homo est rationalis. Huius autem negatiua per Disiunctiuam ex partibus

tibus contradicẽtibus, vt, non omne animal præter hominem non est rationale. Quamuis autem hoc verùm sit, clariùs et distinctius resolutio fiet, si per duas tantum exponentes resoluantur, omissis nempè secundis, nam cùm exceptiuæ propriè non fiant, nisi cum exceptus terminus continetur sub eo, à quo fit exceptio, non opus est hanc exponentem addere. Poterunt autem tales exponentes, his dictionibus faciliùs retineri Date, Prompti, Pœnam, Pigro, quæ eadem via procedunt, sicut in Exclusiuis, vt prima sit pro prima exceptiua, & ita reliquæ suo ordine, similiter prima, & secũda cõtradicãt, tertia etiã, & quarta At prima & tertia sint cõtrariæ, secunda & quarta subcontrariæ, vt facilè erit cuilibet experiri.

De Reduplicatiuis. Cap. XI.

SVNT aliæ propositiones, quæ Reduplicatiuæ dicuntur, eò quòd aliquod signum habeant, quod aliquid suprà terminum præcedentem superponat, vt homo in quantum rationalis est risibilis, hæc autem signa dupliciter vsurpantur, aliquando termini precedentis aliquam rationem manifestant, secundum quam aliquid ei denotatur cõuenire, vt, ens, inquantũ ens, est obiectum Me-

taphyficæ:color quatenus color, eſt obiectum viſus,& tunc dicuntur ſpecificatiuè teneri. Aliquādo cauſam prædicati importāt, vt homo quatenus rationalis,eſt riſibilis,id eſt, cauſa cur homo ſit riſibilis,eſt quia rationalis eſt,& tunc quadruplex cōſtituitur Reduplicatiuarum ſpecies, ſicut in aliis. Prima eſt purè affirmatiuarum,homo in quantū rationalis,eſt riſibilis. Secunda negatiuarū de ſigno,non omnis homo in quantū rationalis,eſt riſibilis. Tertia negatiuarū ſolùm de copula,homo in quantum rationalis, non eſt riſibilis. Quarta eſt,in qua totum negatur,non omnis homo in quantum rationalis,nō eſt riſibilis. Et quāuis à multis harum quælibet per quatuor exponentes manifeſtari ſoleat, id tamen inutile videtur,commodiùs autē & diſtinctiùs erit ad cauſales reducere,&ſecundum has in omnibus de illis indicare. Reducetur igitur prima ad Cauſalem affirmatiuā,quia homo eſt rationalis, homo eſt riſibilis. Secunda ad cauſalem negatiuam, non quia homo eſt rationalis,homo eſt riſibilis. Reducitur tertia ad Cauſalem affirmatiuam de ſolo conſequenti negato,vt, homo in quantum rationalis, non eſt riſibilis,id eſt. Quia homo eſt rationalis, non eſt riſibilis. Quarta verò ad cauſalem negatiuā de conſequenti negato, vt nō omnis homo in

quantū

quantū rationalis,non eſt riſibilis, id eſt, nō quia homo rationalis eſt,riſibilis non eſt. Sic igitur exponi congruè poteſt Reduplicatiua,quando cauſaliter tenetur,nā quando ſpecificatiuè tenetur, tunc nullo modo per cauſalem exponi debet,ſed aliquo vocabulo clariori explicari, vt homo, in quantum homo,eſt ſpecies,id eſt, homo communiter ſumptus,& in generali eſt ſpecies. Aliquando reduplicatio fit non in cauſa,ſed ſecundū conſequentiam ſolam,vt homo in quantū riſibilis,eſt rationalis,ſed hoc raro,& tunc nō per cauſalem, ſed per Cōditionalem fiet expoſitio,ſcilicet,ſi homo eſt riſibilis,homo eſt rationalis.

De Exponibilibus quibuſdā Verbis. Cap. XII.

PRAETER ſigna Syncategorematica ſunt aliqua Categoremata,quæ cum obſcurū reddant propoſitionis ſenſum, expoſitione egent,inter iſta,eſt verbūDiffert. Aliud & Diuerſum Duplex harū propoſitionū conſtituitur ſpecies,prior affirmatiuarū, homo difert ab equo,vel,eſt alius ſeu diuerſus ab equo, & talis per tres exponētes exponēda eſt,duæ priores ſint affirmatiuæ,per quas extremorū exiſtētia ſignificetur, tertia negatiua eorūdem extremorū inter

inter se,vt homo est,& equus est,& homo nõ est equus.Posterior species est negatiuarũ, quæ disiunctiuè contradictorio modo exponi debét,vt, homo non differt ab equo,homo non est, vel equus non est,vel homo est equus.

Sunt etiã alia duo Verba, quæ propositiones Exponibiles & affirmatiuas, & negatiuas constituunt,quæ sunt.Incipit & desinit, hæc iunguntur rebus,quæ vnico instanti totũ suum esse habent, aut perdunt,vel rebus,quæ spatio téporis,& successiuè esse acquirunt,& deperdunt.Primi generis sunt substãtiæ.Secundi sunt multa accidẽtia, & secundũ hoc variè talia verba exponéda sunt. Verbũ incipit,quãdo iungitur termino significãti substantiã est,resolu endũ per copulatiuã, cuius prior pars sit de preséti affirmatiua,& posterior negatiua de præterito cũ isto aduerbio immediatè,per quod denotatur temporis illius præteriri propinquitas,cum tali præsenti,vt homo incipit esse,homo est,& immediatè ante hoc non fuit. Quando verò iungitur termino significanti rem, quæ successiuè habet suum esse,est resoluendum etiam copulatiuè per hypotheticam,cuius prior pars sit de præsenti negato,& futuro affirmato, cũ illo eodem aduerbio, calor incipit esse, calor non est & immediatè post hoc erit. Si verò talis

propositi-

propositio fuerit negatiua, disiunctiuè cõtradictorio modo exponetur, vt calor nõ incipit esse calor nunc est, vel, non immediate post hoc erit.

Verbum autẽ, desinit, iunctũ termino significãti rem, quæ totũ esse suum simul habet, exponi debet per copulatiuã, cuius prior pars sit de præsenti negato, & posterior de præterito affirmato cũ illo eodẽ aduerbio. Petrus desinit esse, Petrus nõ est, & immediatè ante hoc fuit. Pari ratione quãdo iungitur rebus successiuis, in hoc enim nõ est discrimẽ, motus desinit esse, motus nõ est, & immediatè ante hoc fuit, negatiua autẽ propositio disiũctiuè cõtradictorio modo est exponẽda sicut in alijs omnibꝰ. Horũ rationes & causas quærere, alius est, quã nostra præsens patiatur speculatio, est enim negotiũ Physicũ, satis sit Dialectico modũ exponẽdi noscere, cætera supponãtur.

De Comparatiuis & superlatiuis. Cap. XIII.

SVNT etiã aliæ propositiones, quæ aliqua indigẽt expositione, quales sunt ꝓpositiones de Cõparatiuo & Superlatiuo. Propositio igitur de comparatiuo tres habet exponẽtes. Prima est, in qua subijcitur subiectũ comparatiui. Secunda, in qua subijcitur terminus cõparatus. Tertia in qua

vnum

vnũ cũ altero respectu positiui confertur, cũ aduerbio denotãte excessum, verbi gratia, leo ẽfortior homine, leo est fortis, & omnis hõ est fortis, & leo est magis fortis. Aliquãdo cõparatiuum sumitur abusiuè, & tũc nõ ponit positiuum, vt meliùs aliquãdo dicitur minus malũ. Quando autẽ ꝓpositio ẽ negatiua, vt leo nõ est fortior homine disiunctiuè cõtradictorio modo est resoluenda.

Superlatiuũ verò aliquãdo sumitur negatiuè, aliquãdo positiuè. Cum positiuè tenetur, resolui debet per Copulatiuã, cuius prior pars sit propositio ex subiecto & terminò Superlatiui cõposita posterior affirmatiua de Comparatiuo cũ termino cõparato vniuersaliter sumpto, verbi gratia. Arist. fuit doctissimus Græcorũ; Aristoteles fuit Græcus, & quocunque Græco doctior. At quãdo tenetur negatiuè, posterior propositio erit vniuersalis negatiua, in qua subijcitur terminus superlatiui cũ Comparatiuo, & terminus cõparatus est ipsum subiectũ, vt Cicero fuit eloquentissimus Latinorũ, id est, Cicero fuit Latinus, & nullus Latinus fuit illo eloquentior. Plures possent propositiones adduci, quæ expositione indigere videntur, sed obseruanti modum resoluendi prædictas, & sensum locutionis, non erunt difficiles.

FINIS LIBRI TERTII.

INTRODV CTIONIS IN DIALECTICAM ARISTOTELIS. LIBER. IIII.

De argumentatione.

De Argumentatione bona & mala, formali & materiali. Cap. I.

ARGVMENTATIONVM partibus materialibus, nempè propoſitionibꝰ & ipſarum partibus & accidentibus hactenus diſcuſſis, nunc tandem ipſam argumentationem explicare aggredimur. Eſt igitur Argumẽtatio, quæ Conſequentia dici ſolet, oratio in qua vnum ex alio inferri denotatur, vt ſuperius declarauimus. Hæc autem duplici parte conſtat, & Antecedenti, & Conſequẽti. Antecedens eſt illa propoſitio, ex qua altera infertur. Dictio illa, qua talis conſequutio vnius ex altera denotatur, Nota illationis dicitur. Solet aliquando Conſequentia vitioſa fieri, cum id, quod inferri denotatur, non ita

ita sicut denotatur infertur. oppositũ autẽ in cõsequentia bona accidit. Hæc omnia in primo Libro explicuimus, nunc ad alia, quæ illic propter incipiẽtium captũ inexplicata omisimus, transeamus. Cõsequẽtia, seu Argumẽtatio bona duplex est, quædã formalis, quædã materialis: Materialis est oratio, in qua pars altera verè ex altera infertur, ob rerum solam coniunctionẽ, vt Petrus est homo, ergo Petrus est substãtia, quia enim homo necessario cũ substãtia cõiungitur, ea sola causa fit, vt ex tali antecedẽti cõsequens colligatur. Diximus autẽ ob eam solam causam, quia nõ propter modũ colligendi, sed propter rerum cõnexionẽ duntaxat illa fit illatio, si enim in consequenti aliud colligeremus de Petro, cũ quo non necessario homo coniungeretur, Cõsequentia vitiosa esset, vt si dixeris. Petrus est homo, ergo Petrus est albus. Potest enim Antecedens verum, & Consequens falsum esse, ex quo fit, vt illa Consequẽtia non sit bona propter illam formam & modũ colligendi, scilicet ex vno alterum inferre, sed propter connexionẽ rerum significatarum in Consequenti, & Antecedenti. Vnde talis Consequentia valebit in omnibus his solum, in quibus talis connexio fuerit reperta; propterea licebit argumentari eadẽ ratione, qua inferebatur, Petrus est hõ, ergo

ergo est substātia, ita scientia est habitus, ergo est qualitas; Iustitia est virtus, ergo est habitus: Arbor est viuens, ergo est corpus. In his enim omnibus eadē est connexio consequentium cum suis Antecedentibus, nempè superiorum cum inferioribus. Tales igitur consequentiæ, & aliæ huiusmodi materiales dicuntur. Argumentatio verò formalis, est oratio, in qua vnum ex altero infertur non solùm propter rerum connexionē, sed etiam propter modū colligēdi, vt si dicas. Omne bonum est appetendum, Omnis virtus est bona, ergo Omnis virtus est appetenda. In hac enim argumentatione etiam si nulla esset rerum connexio, propter solam formā talem inferendi, vnum ex altero inferretur. Vnde fit, vt si talē formā applices alijs rebus quantumcunque inconnexis, firma sit, & constans illatio, vt si dixeris, Omnis lapis est animal, Omnis homo est lapis, ergo Omnis hō est animal, optimè ex tali Antecedēti. Consequēs colligitur. Talis cōsequētia formalis est, quæ in omnia materia, in omni ꝑpositiōe simili applicata, semper ē bona; dico autē in Omni simili ꝑpositione, quia si applicetur dissimilibus propositionibus, apparebit quidē eadē, sed nō erit, Similitudo autē duarum propositionū, in his præcipuè consistit, primò, vt sint eiusdem qualitatis, id est,

id est, si vna est affirmatiua, & altera sit affirmatiua, si vna negatiua, & altera etiã negatiua; hoc intelligere oportet quantũ ad copulas principales. Vnde istæ in qualitate similes sunt; animal, quod nõ ẽ rationale, est risibile, hõqui currit, mouetur. Est enim vtraque affirmatiua. Secũdo, vt sint eiusdẽ quantitatis, id est, si vna vniuersalis & altera vniuersalis; si vna particularis indefinita, aut singularis, & altera eodẽ modo. Tertio vt in vtràq; eadẽ sit acceptio terminorũ, scilicet eadẽSuppositio, Ampliatio, Appellatio, & sub hoc intelligitur vt si vna fuerit Modalis, et altera similiter eiusdẽ modi, vel æquiualentis, si vna Exponibilis, & altera, si vna de subiecto cõplexo, & altera, hæc omnia eatenùs dicta sunt, vt cũ formã Argumẽtationis aliquã, quæ in aliquibus ꝓpositionibus bona erat, velis alijs propositionibus applicare, obserues, vt tales propositiones in his tribus prioribus assimilentur, alias talem formam Argumentationis mutabis. Non enim eadem est forma, quæ est in istis, Omnishomo est animal, risibile est homo, ergo Omne risibile est animal, & ea, quæ est in istis, Omnis homo est animal, Tantum risibile est homo, ergo Tantùm risibile est animal, cum propositiones huius non sint similes alterius: idem in alijs oportet dicere.

De

De Regulis Generalibus bonæ consequentiæ. Cap. II.

SVNT aliquot generales regulæ, quibus Consequentiarum & argumentationum vis, inferēdo maximè manifestatur, quæ aliquibus principijs innituntur. Primū est, Ex vero non sequitur nisi solum verum, id est, in bona Consequentia, si Antecedens verum est, oportet Consequens verum esse, in quo principio fundatur.

Prima Regula. Si Antecedens est posibile aut contingens. Consequens etiam cōtingens aut possibile aut necessarium, si verò Antecedens necessarium, Consequens erit necessarium, verbi gratia, Homo currit, ergo mouetur. Huius argumētationis Antecedens, contingens est, pariter etiam & consequens, vt enim homo potest currere, & nō currere, ita moueri, & non moueri. Præterea, homo est animal, ergo est substantia. Huius Antecedens necessarium & Consequens etiam necessarium. si enim daremus oppositū, Antecedens esse necessarium & Consequens non necessariū, nunc posset verum inferre sensum, quod fieri non potest, & patet, nam si Antecedēs necessarium, verū erit semper, si Consequens non necessarium poterit esse falsum, tunc igitur Antecedens verū infe-

ret.Consequens falsum:vt homo videt, ergo homo est animal. Antecedens quidé possibile.Consequens necessarium.ex Possibili verò vel contingenti nunquam sequitur impossibile.

Secundũ Principium. Falsum nõ sequitur nisi ex falso.Huic innititur altera Regula. Si Consequens est falsum.Antecedés erit falsum;si Consequens impossibile,etiam Antecedens erit impossibile,si consequens contingens.Antecedens non erit necessarium,aliter enim si Antecedés esset necessarium, esset semper verum, si autem Consequens contingens posset esse falsum, & tunc Antecedens verum infert consequens falsum cõtra primum principium.

Tertium principium.Ex falso potest sequi verũ,vel falsum,id est,fieri potest, vt in bona Consequentia ex Antecedenti falso sequatur aliquãdo Consequens falsum. V.g. ista est Consequẽtia bona,homo est lapis,ergo est corpus, vbi antecedens falsum,infert consequens verum. Similiter & ista est bona,Homo est lapis,ergo caret sensu, vbi vtrumque falsum,cui principio innititur.

Tertia Regula:Ex Antecedenti impossibili potest inferri;Consequens aliquando impossibile,aliquando contingens,aliquando necessarium, vt patet in his consequentijs,homo est equus, ergo homo

homo eſt animal; hic enim ex impoſſibili infertur neceſſariū, ſimiliter homo volat, ergo homo mouetur, ex impoſſibili ſequitur contingens. Similiter etiam homo eſt leo, ergo homo eſt rugibilis: vtrumque eſt impoſſibile.

Quartum principium. Verum infertur ex vero, vel falſo, id eſt. Conſequens verum poteſt inferri aliquando ex Antecedenti vero, aliquando ex Antecedenti falſo, ex quo ſequitur quarta Regula. Conſequens neceſſarium inferri aliquando ex Antecedēti impoſſibili, aliquando ex neceſſario, aliquando ex Contingenti, vt patet in his cōſequentijs, homo eſt leo, ergo homo eſt animal; homo eſt corpus, ergo homo eſt ſubſtātia. Equus eſt albus, ergo equus eſt corpus.

Quinta Regula. In bona conſequentia contradictorium conſequentis infert contradictorium antecedentis, non autem contra. Valet enim, homo currit, ergo homo mouetur, homo non mouetur, ergo non currit. Non tamen valet à cōtradictorio Antecedentis, non enim valet, Non currit. ergo non mouetur.

Sexta Regula. Quicquid infertur ex Cōſequēti infertur etiā ex antecedēti, & ex quocūq; infertur Antecedens, infertur etiam Cōſequens. V. g. homo eſt animal, ergo eſt viuens. Si ex hoc Cōſe-

quenti inferamus,homo est corpus, poterit etiã inferri ex illo Antecedenti,scilicet homo est animal,ergo homo est corpus, quæ Argumentatio dicitur de primo ad vltimum. Similiter in eadem Consequentia,si illud Antecedens homo est animal,infertur ex altero Antecedenti, nempè,homo est rationalis,ex eadem poterit inferri idem consequens,nempè,homo est rationalis,ergo homo est corpus. Hæ sunt Regulæ pro consequẽtia bona obseruandæ,post quarum explicationẽ ad species ipsius Argumentationis discutiendas trãseamus,habet enim argumẽtatio quatuor sub se species,Syllogismum,Enthymema, Inductionẽ, & Exemplum. de quarũ singulis ordine tradem⁹, ac primum de Syllogismo qui omniũ prima species est. Cùm autem ex syllogismo quidam sit Hypotheticus,qui partem aliquã Antecedentis pro positionem habet Hypotheticam, quidã Categoricus,qui ex simplicibus propositionibus conficitur initium ab hoc sumemus,qui simplicior est.

De Syllogismo Categorico & eius principijs. Cap. III

SYLLOGISMVS est oratio,in qua quibusdam positis,necessario aliud sequitur per ea, quæ

quæ posita sunt. Dicitur, Oratio, loco generis. Additur, Quibusdam, vt intelligamus non vnam propositionem, sed plures necessarias esse ad Syllogismum. non enim Syllogismus est argumẽtatio, quæ ex vnica propositione alterã infert, sed quæ ex pluribus. Dicitur, Positis, vt notum sit, tales ꝓpositiones, ex quibus Syllogismus conficitur, aliquem inter se ordinem, & dispositionem habere, quam inferius tradem9. Dicitur etiam, Positis, id est, concessis, quia vis Syllogismi tanta est, vt si semel quis Antecedens admiserit, cogatur & Consequens admittere ex virtute ipsius Antecedẽtis præconcessi, & hoc significatur in illo, quod dicitur, Ex necessitate aliud sequitur per ea, quæ posita sunt. Dicitur tandẽ Aliud, quia conclusio, quæ infertur, semper est Enunciatio aliqua ab Antecedenti distincta: Nõ enim est Syllogismus, cũ idẽ infertur, quod erat in Antecedenti. Constat autẽ Syllogismus, materia & forma: Materia quidem duplex est, remota, & propinqua: Remota, sunt termini: Propinqua simplices propositiones, quarum subiecta vel prædicata termini dicuntur. Hi vero termini, ex quibus Syllogismus remote cõficitur, tres solum sunt. Propositiones autẽ duæ, quæ Præmissæ dicuntur, quæ ex illis constant terminis. Cum igitur duplex ꝓpositio ex tribus ter-

minis, quia bis vnus sumatur, cōponi nequeat, sit, vt vnus illorū in vtraque ꝓpositione repetatur, & talis, Mediū in Syllogismo dici solet: ille verò terminus, qui cū Medio ī priori ꝓpositione, quæ Maior dicitur, assumitur, Maior extremitas appellatur, ille verò alter, qui in posteriori ꝓpositione quæ minor dicitur, subsumitur, Minor extremitas vocatur, vt exēplo hoc patet, Omne aīal ē sensibile, Omnis hō ē animal: vbi, Animal, est Mediū, Sensibile, Maior extremitas, Homo, Minor extremitas. Forma Syllogismi est figura, & modus. Figura est ordinatio trium Terminorum inter se, secundum debitam subiectionem, & prædicationē, id est, illa dispositio, quā inter se ita disponuntur, vt vnus de Medio, vel Medium de altero, vel de vtroque prædicetur, vel vterque de ipso. Modus est ordinatio propositionū inter se secūdum certam, qualitatem, & quātitatē, scilicet quod si vna propositio negatiua, altera sit affirmatiua, vel si vna particularis, altera vniuersalis, vel alijs modis, de quibus inferius dicemus.

Syllogismorum duplex est modus inferendi, prior eorum, qui directè concludunt, posterior eorū qui indirectè. Ille Syllogismus directè concludit, qui conclusionem infert, in qua Maior extremitas de Minori prædicatur, qualis est iste.

Omne

Omne animal est sensibile. Omnis homo est animal, ergo Omnis homo est sensibilis. Ille verò cōcludit indirectè, qui conclusionem infert, in quā minor extremitas de Maiori prædicatur, vt Omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo Aliquod animal est Petrus. Eorū aūt qui directè cōcludūt, quidā Perfectus, quidā imperfectus. Perfectus est, qui nullius indiget, vt appareat necessario cōcludere, id est, qui conclusionē ita clarè, & dilucidè necessariò infert, vt lumine ipso rationis statim eius robur in cōcludendo perspiciatur, vt in isto, Omne animal est substantia. Omnis homo est animal, ergo Omnis homo est substantia. Imperfectus est, qui alicuius mutationis circa propositionē indiget, vt appareat necessariò cōcludere, id est, qui verè necessariò concludit, tamen nō id apparet, quin prius fiat aliqua mutatio, scilicet, aliqua conuersio, vel transpositio propositionis, per quam ad perfectum reducatur, de qua reductione postea dicere oportet.

De triplici figura Syllogismorū, & regulis cōmunibus earū. Cap. IIII.

SYLLOGISMORVM figura triplex ē, iuxta triplicem Medij cū extremitatibus dispositionem.

ſitionem. Prima, in qua Mediū alteri extremitati ſubijcitur, & de altera prædicatur, vt Omne animal eſt ſubſtantia, Omnis homo eſt animal. Secū da in qua de vtraq; extremitate prædicatur, vt Omnis homo eſt animal, Nullus lapis eſt animal. Tertia-i qua vtriq; extremitati ſubijcitur, vt Omnis homo eſt corpo. Aliquis homo eſt animal. Sub qualibet autem figura varij ſunt Syllogiſmorum modi, cum ſecundū quamlibet illarum multipliciter poſſint in quātitate, & qualitate ordinari propoſitiones. Sunt tamē quædā regulæ omni figuræ communes, quas generaliter obſeruare oportet.

Prima. Ex puris particularibus nihil neceſſariò ſequitur, id eſt, quando vtraque præmiſſa eſt propoſitio particularis, vel Medium in vtraque particulariter ſupponit, tales præmiſſæ erunt inhabiles ad inferendum aliquam concluſionem. Vnde iſte Syllogiſmus nihil valet, Homo eſt animal. Equus eſt animal, ergo Equus eſt homo, ſemper enim Medium debet in vna vel vtraque præmiſſa vniuerſaliter ſupponere, quòd ſi fuerit aliquod complexum diuiſiuè ſufficiet, vt vna pars in vna, altera in altera diſtribuatur, vt Omnis homo, & Equus currit, Sortes et Brunellus homo, & omnis equus ſunt, ergo Sortes & Brunellus currit.

Secūda. Ex puris negatiuis nihil ſequitur, id ē, quando

quando vtraq; præmissa fuerit propositio negatiua, nihil ex tali dispositione sequetur formaliter. Vnde iste Syllogismus est nullus, Nullum accidẽs currit, Nullus homo est accidens, ergo nullus homo currit. Dixi, formaliter, quia aliquando infertur, conclusio, sed id non prouenit ex vi Syllogismi & propositionum dispositione, sed propter naturam quorundam Terminorum, qui ad inuicem vnus de altero negatur, vt Nullus homo ẽ lapis, Nullus Equus est homo, ergo Nullus Equus est lapis.

Tertia. Si aliqua præmissarum fuerit particularis, conclusio debet esse particularis, vt in hoc Syllogismo, Omnis musicus cantat. Aliquis homo ẽ musicus, ergo aliquis homo cantat. In hac autem Regula id etiam obseruandum est, ne aliquis terminus particulariter supponens in præmissis, vniuersaliter supponat in conclusione. Vnde iste Syllogismus non valet. Aliqua substantia non ẽ animal, Omnis homo est animal, ergo aliquis homo non est substantia. nam Maior extremitas supponebat in præmissis determinatè, in conclusione verò distributiuè. Non autem valet à nõ distributo ad distributum.

Quarta. Si aliqua præmissarũ fuerit negatiua. Conclusio negatiua erit, propter has autẽ duas regu-

regulas dici solet;Conclusio sequitur debiliorem partem,id est,si particularis, vel negatiua fuerit aliqua præmissarum,talis erit conclusio.

Quinta.Mediũ non debet assumi in conclusione,aliter enim esset cõclusio eadẽ cũ vna ex præmissis,nõ enim valet,Omne animal est substãtia, Omnis homo est animal, ergo Omne animal est substãtia.Aliquãdo licet Medium in conclusione ponere ad seruandã proprietatẽ Termini, vt Cognosco Petrum,& Petrus est veniẽs,ergo Cognosco Petrum qui venit;Nõ enim aliter valeret,scilicet.Cognosco venientem, tũc enim variaretur appellatio,& daretur antecedens verum,& cõsequens falsum.

De principijs quibus nituntur Syllogismi perfecti,et de modis perfectis primæ figuræ. Cap. V.

DVO sunt principia naturali lumine perspecta,quibus humanum ingeniũ dissentire nequit,& in his nituntur quatuor modi Syllogismorum concludentium directè primæ Figuræ, qui modi perfecti ob id sunt, & ad eos cæteri reducuntur.

Alterum principium est. Quicquid affirmatur vni-

vniuersaliter de aliquo subiecto, affirmabitur de illo, de quo tale subiectũ affirmatur; quod principium vocant, Dici omni, in quo fundãtur duæ cõsequẽtiæ perfectissimæ, & Syllogismorũ duplex modus. Prior. Quãdo prædicatum vniuersaliter affirmatur de subiecto, vniuersaliter affirmabitur de eo, de quo tale subiectum etiam vniuersaliter affirmatur, vt Omne animal est substantia, & Omnis homo est animal, ergo Omnis homo ẽ substãtia, & iste dicitur primus modus figuræ primæ, scilicet, Ex vniuersalibus affirmatiuis.

Posterior est. Quãdo prædicatũ de aliquo vniuersaliter affirmatur, si tale subiectum de aliquo particulariter affirmatur, etiã & prædicatũ de eo dẽ particulariter affirmabitur, vt Omne animal ẽ viuẽs, Aliquod corpus est animal, ergo Aliquod corpus ẽ viuẽs. Alterũ principiũ est, Quando vniuersaliter negatur aliquod prædicatũ ab aliquo subiecto, negabitur de eo etiã, cui tale subiectum cõpetit, & hoc vocatur Dici de nullo, in quo fundãtur duo modi Syllogismorũ perfectorũ. Prior est, quãdo prædicatũ vniuersaliter negatur ab aliquo subiecto, vniuersaliter etiã negatur de omni eo, de quo subiectũ vniuersaliter affirmatur, vt Nullũ animal est lapis. Omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. Posterior est. Quãdo

prædi-

prædicatū vniuersaliter negatur de subiecto, & subiectum tale particulariter de aliquo prædicatur, ab illo particulari illud prædicatum remouebitur, vt Nullum albū est nigrum. Aliquis homo ē albus, ergo Aliquis homo nō est niger. Hæc igitur duo principia per se nota quatuor modos perfectos constituunt in prima figura, vt primus sit, vt vniuersalis affirmatiuus, Secūdo loco collocetur vniuersalis negatiuus. Tertio particularis affirmatiuus. Quarto particularis negatiuus. Sic autē vocantur, quia per primum infertur Vniuersalis affirmatiua conclusio. Per Secundum Vniuersalis negatiua. Per Tertium Particularis affirmatiua, per Quartū verò Particularis negatiua. Antiqui memoriæ causa carmina composuerunt, quibus omnes vtiles modi omnium Syllogismorum cuiusque figuræ continerentur. Sunt autem ista.

Barbara. Celarent. Darij. Ferio. Baralipton.
Celantes. Dabitis. Fapesmo Frisesomorum.
Caesare. Camestres. Festino. Barroco. Darapti.
Felapton. Disamis. Datisi. Brocardo. Ferison.

In quibus obseruandum est esse quatuor vocales A, E, I, O, Per, A, intelligitur Vniuersalis affirmatiua. Per, E, Vniuersalis negatiua. Per, I, particularis affirmatiua. Per, O, particularis negatiua. Similiter obseruandū est in singulis dictionibus esse tres Syllabas: si enim in aliquibus sunt plures, vltimæ

timæ sunt metri causa. Per primam syllabam intelligenda est Maior, per Secundam Minor, per Tertiam Conclusio. Duo prima carmina sunt ꝑ prima Figura, ĩ quibus si respicias quatuor dictiones primas, inuenies quatuor modos Syllogismorum perfectorum prædictos. Barbara, continet vniuersalem affirmatiuum. Celarent, vniuersalẽ negatiuum. Darij, particularem affirmatiuũ. Ferio, particularem negatiuum. Nec oportuit distinxisse alios duos Modos, in quibus ex duabus vniuersalibus affirmatiuis infertur particularis affirmatiua, & ex duabus vniuersalibus, altera negatiua, & altera affirmatiua, inferretur particularis negatiua. Nam hi modi sub Barbara, & Celarent, continentur; Syllogismus enim, qui infert vniuersalem, potest etiam particularem subalternatam inferre.

De Modis indirectè concludẽtibus in prima figura, & de inutilibus modis eiusdem. Cap. VI.

PRAETER quatuor prædictos modos perfectos, sunt adhuc in prima Figura alij quinque indirectè concludentes, sequentibus quinq; dictionibus indicat. Primus est. Baralipton, Ex dupli

duplici vniuersali affirmatiua, concluditur parti cularis affirmatiua; Omne animal est substantia, Omnis homo est animal, ergo Aliqua substantia est homo.

Secundus Celantes, Ex duplici vniuersali altera affirmatiua, & altera, negatiua, concluditur indirectè vniuersalis negatiua. Nullum animal é insensibile, Omnis homo est animal, ergo Nullum insensibile est homo.

Tertius est Dabitis, ex Maiori vniuersali affirmatiua, & Minori particulari affirmatiua, cõcluditur particularis affirmatiua, Omne album est currẽs. Aliquis homo est albus, ergo Aliquod currens est homo.

Quartus est Fapesmo, Ex Maiori vniuersali affirmatiua, & Minori vniuersali negatiua, concluditur negatiua conclusio particularis. Omne album est coloratum, Nullus coruus est albus, ergo Aliquod coloratum non est coruus.

Vltimus est. Frisesomorum, Ex Maiori particulari affirmatiua, & Minori vniuersali negatiua cõcluditur particularis negatiua, Aliquod nigrũ est homo, Nullũ album est nigrum, ergo Aliquis homo non est albus.

Sunt autẽ duæ regulæ Modis omnibus perfectis primæ figuræ conueniẽtes, quæ in modis indi

rectè

rectè cõcludétibus nõ habét vniuersaliter locũ, quarũ prior est. In modis perfectis primæ Figuræ Minori existéti negatiua, nihil sequitur. Vnde nõ valet, Omne albũ est coloratũ, Nullus coruus est albus, ergo Nullus coruus ẽ coloratus. Huius regulæ ratio ẽ, quia argumẽtamur à non distributo ad distributũ ex parte Maioris extremitatis, cuiꝰ signũ est, si enim talis extremitas in Maiori distribueretur, esset Syllogismus bonus, sed talis ꝓpositio esset à cõmuni modo loquẽdi aliena. Vnde iste valet. Omne albũ est omne coloratũ, Nullus coruus ẽ albus, ergo Nullus coruus est coloratꝰ. Hæc tamẽ regula non habet locum in modis indirectè cõcludẽtibus. in Fapesmo enim & Frisesomorũ valet Minori existẽti negatiua, vt diximus.

Posterior regula ẽ. In primæ figuræ modis perfectis, Maiori existẽti particulari, nihil sequitur. Vnde nõ valet, Aliquod coloratũ est albũ. Omne nigrũ est coloratũ, ergo Omne nigrum est albũ. Huius regulæ ratio est, quia Maiori existenti particulari. Medium in neutra præmissarum vniuersaliter, sumitur, cuius signũ est, si in vna distribuatur, valebit, sed talis ꝓpositio erit inusitata. vt Aliquod coloratũ est albũ. Omne nigrũ est omne coloratũ, ergo Omne nigrũ est album. Hæc etiam regula nõ valet in Modis indirectè concludentibus,

bus, nam in Frisesomorum valet Maiori existēte particulari.

Ex his regulis simul cum prioribus communibus colligitur, nō posse esse in prima Figura nisi quatuor modos perfectos, nam duæ propositiones quadrupliciter possunt secundum quātitatē ordinari, aut enim vtraque vniuersalis, aut vtraque particularis, aut Maior vniuersalis, & Minor particularis, aut Maior particularis, & Minor vniuersalis. Quæque autem harum secundum qualitatem possunt adhuc quadrupliciter disponi: Quādo enim vtraque est vniuersalis, tūc aut vtraque est affirmatiua, & sic est primus Modus vtilis ad inferendum in Babara, aut vtraque negatiua, & hic est modus inutilis, quia ex negatiuis nihil sequitur, aut prima est negatiua & secunda affirmatiua, & iste modus est vtilis in Celarēt, aut maior est affirmatiua & minor negatiua, & iste ē inutilis modus per priorem Regulam positā. Item, quando vtraque est particularis, tūc aut vtraque est affirmatiua, vel vtraque negatiua, vel prior affirmatiua & posterior negatiua, vel prior negatiua, & posterior affirmatiua, & in his omnibꝰ nullus reperitur modus vtilis, quia ex puris particularibus nihil sequitur. Si verò Maior sit vniuersalis, & Minor particularis, aut vtraque affirmatiua, &

ua, & iste est modus vtilis in Darij, aut vtraq; negatiua, & tunc est inutilis, aut prior negatiua, posterior affirmatiua & ē vtilis in Ferio; vel Maior est affirmatiua & Minor negatiua, & iste est inutilis, quia in prima figura Minori existenti negatiua, nihil sequitur. Postremò potest esse Minor vniuersalis, & Maior particularis, aut vtraque negatiua, aut vtraque affirmatiua, vel prior affirmatiua posterior negatiua, vel prior negatiua, & posterior affirmatiua. & nullus ex istis modis est vtilis, quia maiori existenti particulari nihil sequitur in prima Figura. Vnde solum supersunt quatuor modi, duo collecti ex prima combinatione, duo alij ex tertia, qui modi sunt illi prædicti, inclusi quatuor dictionibus primis.

De Regulis Secundæ figuræ, & eius Modis. Cap. VII.

SECVNDA Figura est, in qua Medium prædicatur de vtraque extremitate, cuius Figuræ tres Regulæ speciales sunt.

Prima. Quando Maior est particularis non valet Syllogismus. Non enim sequitur. Aliquod coloratum est album, Nullum nigrum est albū, ergo Nullum nigrum est coloratum. Ratio huius est,

quia ex parte Maioris extremitatis argumentamur à non distributo ad distributum. Vnde si aliqua via fuerit, per quam talis extremitas in conclusione non distribuatur, valebit Syllogismus, vt Aliquod coloratũ est albũ, Nullum nigrum est album, ergo Nullum nigrum omne coloratum est.

Secũda. Ex puris affirmatiuis nõ valet Syllogismus. Omnis hõ est animal. Omnis leo ẽ animal ergo Omnis leo est homo. Huius ratio est, quia in neutra præmissarũ Mediũ vniuersaliter sumitur, cuius signũ est, si in altera distribuatur, valebit Syllogismus, Omnis homo omne animal est, Omnis leo est animal, ergo Omnis leo est homo.

Tertia. In Secũda figura semper cõclusio negatiua debet esse. Hæc pendet ex illa Regula cõmuni, Vna præmissa negatiua existẽti, cõclusio negatiua erit. In secũda figura quatuor modi vtiles inueniũtur, selecti, ex sedecim modis, sicut ĩ prima figura. Designãtur autẽ quatuor dictionibus primis tertij carminis, scilicet Cesare, Camestres Festino Baroco, Primus. Ex Maiori negatiua vniuersali, & Minori affirmatiua vniuersali infert cõclusionẽ negatiuã vniuersalẽ directè, Nullus lapis ẽ animal, Omnis hõ ẽ animal, ergo Nullus hõ est lapis. Potest hic indirectè cõcludere, si Conuertens conclusionis inferatur, scilicet; Nullus lapis ẽ hõ.

Secun-

Secundus est Camestres, Ex Maiori vniuersali affirmatiua & Minori negatiua vniuersali, infertur cōclusio negatiua vniuersalis directè. Et quia negatiua conuertitur simpliciter, etiā hic modus potest indirectè concludere, Omnishomo est animal, Nullus lapis est animal, ergo Nulus lapis est homo, vel indirectè, Nullus homo est lapis.

Tertius est Festino. Ex maiori negatiua vniuersali, & Minori affirmatiua particulari sequitur Conclusio negatiua particularis. Nullū iniustum est bonum. Aliquis homo est bonus, ergo Aliquis homo non est iniustus. Iste modus non concludit indirectè, quia particularis negatiua nec simpliciter, nec per acidens conuerti potest.

Quartus modus est, Baroco, Ex Maiori vniuersali affirmatiua, & minori particulari negatiua, Conclusio infertur particularis negatiua, Omne currens mouetur, Aliquis homo nō mouetur, ergo Aliquis homo nō est currens. Eadem ratione nec iste potest indirectè cōcludere. Posset praeter hos alius esse modus cōcludens indirectè, scilicet: Ex maiori affirmatiua particulari, & minori negatiua vniuersali, quē modū diximus ineptū ad concludendū directè: Vnde valet, Aliquod coloratum est album, Nullum nigrum est album, ergo Aliquod coloratum non est nigrum, qui

modus correſpondet Friſeſom, qui erat in prima Figura, concludens indirecte.

De Tertia figura, Regulisq; & Modis eius. Cap. VIII.

TERTIA Figura eſt, in qua Medium vtrique extremitati ſubijcitur, duo autem ei inſunt. Alterum eſt, Minori exiſtēti negatiua nihil ſequitur, vnde non valet, Omne animal eſt corpus, Aliquod animal non eſt lapis, ergo Lapis nō eſt corpus. Ex parte enim Maioris extremitatis arguitur, à non diſtributo ad diſtributum, cuius ſignū eſt ſi in concluſione nō diſtribuatur maior extremitas, valebit, vt Omne animal ē corp9. Aliquod animal non eſt lapis, ergo lapis nō omne corpus eſt. Alterum eſt. In Tertia figura ſemper cōcluſio eſt particularis. Vnde non valet Omnis homo eſt rationalis, Omnis homo eſt animal, ergo Omne animal eſt rationale. Arguitur.n. à non diſtributo ad diſtributū ex parte Minoris extremitatis, cuius ſignum eſt, ſi illa minor extremitas diſtribuatur, valebit Syllogiſmus; ſed tales propoſitiones efficiuntur, de incōſueto modo loquendi. Vnde valet, Omnis homo eſt rationalis, Omnis homo omne animal eſt, ergo Omne animal eſt rationale. In Tertia Figura ſex modi vtiles inueniuntur, ſignifi-

significati vltima dictione tertij carminis, scilicet Darapti,& sequentibus.

Primus igitur est in Darapti. Fx vtraq; præmissa vniuersali affirmatiua sequitur conclusio particularis affirmatiua, Omne animal est substãtia. Omne animal est sensibile, ergo aliquod sensibile est substantia.

Secundus est in Felapton. Ex præmissis vniuersalibus Maiori negatiua, & Minori affirmatiua, inferrur Conclusio particularis negatiua. Nullũ animal est insensibile, Omne animal ẽ corpus, ergo Aliquod corpus non est insensibile.

Tertius est in Disamis. Ex maiori particulari affirmatiua & minori affirmatiua vniuersali infertur cõclusio affirmatiua particularis. Aliquod Animal currit, Omne animal est substantia, ergo Aliqua substantia currit.

Quartus est in Datisi, Ex maiori vniuersali, affirmatiua, & minori particulari affirmatiua infertur conclusio particularis affirmatiua. Omne currens mouetur, Aliquod currens est homo, ergo Aliquis homo mouetur.

Quintus est in Boccardo, Ex minori affirmatiua vniuersali, & minori negatiua particulari infertur conclusio negatiua particularis. Equus nõ est homo, Omnis equus est animal, ergo Aliquod

animal non est homo.

Sextus est Ferison. Ex maiori vniuersali negatiua & minori particulari affirmatiua sequitur cõclusio particularis negatiua. Nulla arbor ẽ animal, Aliqua arbor est corpus, ergo Aliquod corpus nõ est animal. Etiã in hac figura Syllogismi in directè cõcludunt, quorũ conclusiones simpliciter cõuerti possunt, quales sunt tres existentes in Darapti, Disamis, Datisi. Ex his omnibus patet, vndeuiginti modos esse vtiles, nouẽ ex prima figura, quatuor ex secũda, sex ex tertia. Patet etiã in prima figura cõcludi omnia genera propositionũ, scilicet, Vniuersalẽ affirmatiuã, Vniuersalem negatiuã, & particulares affirmatiuã, & negatiuã In secũda verò figura solũ vniuersalẽ, & particularẽ negatiuas. In tertia particulares affirmatiuã & negatiuã. Patet etiam inter omnes propositiones particularem negatiuam pluribus posse modis Syllogizari. Concluditur enim directè in vno primæ, & duobus modis secundæ, & tribus tertiæ figuræ: Post hanc, particularem affirmatiuã, concluditur enim in vno primæ, & trib9 Tertiæ. Post hanc, Vniuersalem negatiuam, quæ solum in vno Primæ & duobus Secundæ concluditur. Vltimũ locum habet vniuersalis affirmatiua, quæ solum Syllogizatur in Barbara.

De Modis reducendi Syllogiſmos imperfectos ad perfectos. Cap.IX

SVPERIVS Syllogiſmos imperfectos ad perfectos qui ſolum ſunt quatuor primæ figuræ reducendos eſſe diximus, vt eorum vis, & in concludendo robur magis innoteſcat, prius tamen modum, quo id fiat, tradere oportet. Fit autem dupliciter iſta reductio, aut per oſtenſioné, aut ad impoſſibile. Reductio per oſtenſionem, eſt cùm aliquis Syllogiſmus ex illis imperfectis per cōuerſioné alicuius propoſitionis per eoſdé terminos fit in aliquo ex quatuor perfectis, vt ſi fiat Syllogiſmus in Cæſare, Nullus lapis eſt animal, Omnis homo eſt animal, ergo Nullus homo ē lapis, reducitur ad Celarét oſtéſiuè. nempè per ſimplicem conuerſioné Maioris ſic, Nullū animal eſt lapis, Omnis homo eſt animal, ergo Nullꝰ homo eſt lapis. Vtimur autem hac oſtenſione, vt manifeſtemus concluſiones Syllogiſmorū optimè ſequi ex ſuis præmiſſis. Vis autem probationis in hac regula conſiſtit. Quicquid ſequitur ex conſequenti bonæ conſequentiæ, ſequitur etiam ex antecedenti. Cum igitur ſit bona conſequentia à cōuerſa ad conuertentem, quicquid ſequitur ex cō conuertente, etiam ſequitur ex conuerſa. Talis

autem Conclusio, sequitur ex Cõuertente, vt manifestè patet in Syllogismo perfecto, ergo eadem conclusio benè inferebatur, etiam ex Conuersa, quæ erat præmissa Syllogismi imperfecti.

Reductio ad impossibile est, cùm ex contradictorio Conclusionis cũ aliqua præmissa infertur Cõtradictoriũ alterius præmissæ, & hoc in Syllogismo perfecto, Fiat enim Syllogismus in Baroco. Omne sensibile est animal. Arbor non est animal, ergo Arbor nõ est sensibilis. Si sumatur Contradictoriũ Conclusionis huius pro Minori cũ ea dẽ Maiori inferetur in Barbara cõtradictorium Minoris præcedẽtis, vt Omne sensibile ẽ animal, Omnis arbor est sensibilis, ergo Omnis arbor est animal.

Vsus huius reductionis est, cũ quis negat conclusionẽ prædicti Syllogismi, concessa Maiori & Minori, existimans cõsequentiã non esse bonam, ob idque, præmissas posse veras esse, conclusione existẽte falsa. Tunc aduersus huiusmodi hominẽ sumendũ est cõtradictoriũ conclusionis, quã negat, quod tenetur admittere tãquam verum, cũ duo contradictoria, simul vera non sint, & illud idẽ cõtradictoriũ simul cum vna ex præmissis cõcessis inferetur contradictoriũ alterius præmissæ etiã concessæ in modo perfecto, quem non possit

ipse

ipſe negare, vt teneatur admittere duo cōtradi-ctoria, quod eſt maximè abſurdū, vel cōſequētiā priorē affirmare & probare vt bonā, cùm nō poſ ſit cōſequens illius eſſe falſum, antecedēte exiſtē-te vero: V.g. ī Syllogiſmo prædicto, cōcedit quis, Omne ſenſibile eſt animal. Arbor nō eſt animal, negat autē concluſionē. Arbor non eſt ſenſibilis, tunc argumētor. Contradictoriū igitur erit verū nempè. Omnis arbor eſt ſenſibilis, cum eadem igi tur maiori, quæ data eſt vera, infero in Syllogiſ-mo prædicto Cōtradictorium minoris, ſic, Omne ſenſibile eſt adimal, Omnis arbor ē ſēſibilis, ergo Omnis arbor eſt animal, Syllogiſmus hic ī Barba ra euidēter colligit ex præmiſſis veris cōcluſionē verā quæ ē cōtradictoria, Minoris cōceſſæ vt ve ræ, non igitur dandū fuit contradictoriū illius cō cluſionis verum eſſe. Ecce quo pacto cōuincitur, Cōcluſionē ī Baroco nō potuiſſe eſſe falſam, præ miſſis exiſtentibus veris. Ex quo cōſtat tallem Sy llogiſmū eſſe argumentationē bonam, cum non poſſunt præmiſſæ veræ eſſe, concluſione falſa. Hi igitur ſunt duò modi Syllogiſmos reducendi ad quatuor illos perfectos primæ Figuræ.

De Modo, quo ſinguli Imperfecti ad Perfectos reducūtur. Cap. X.

QVI autē Syllogiſmi,& qualiter, & ad quos perfectos reducantur, manifeſtandum eſt. Omnes igitur Syllogiſmi cuiuſque figuræ reducū tur ad illos quatuor primos perfectos primæ, ſed non eodem modo, nec omnes ad vnum: quod vt facilius intelligatur, notandæ ſunt quatuor cōſo nātes, quæ in dictionibus præſcriptis reperiūtur, prima, quæ eſt in principio cuiuſque dictionis, & hæc denotat talem Syllogiſmum reducendū eſſe ad modum perfectū, qui tali litera incipit, vt qui incipit in C, ad Celarent, qui F, ad Ferio, qui B. ad Barbara, qui D, ad Darij. Vnde Ceſare, Cameſtres Celantes, ad Celarent reducūtur: Baroco & Bro cardo, ad Barbara; Feſtino, Feriſon, Fapeſmo, Fe lapton, ad Ferio, reliqui ad Darij. Eſt etiam. S. & hæc denotat talem præmiſſam, vt concluſionem ſignificatam per vocalem præcedentem, conuer tendam eſſe ſimpliciter, vt Ceſare, rationeprimæ nempè, C, indicat, reducendum ad Celarēt, ratio ne, S, notatur, Maiorem, quæ ſignificatur per E, ante S, conuertendam ſimpliciter. Eſt etiam P, & hæc notat conuerſionem per accidens præmiſſæ notatæ in vocali præcedenti, vt Darapti denota tur, vt conuertatur ad Darij per ſolam cōuerſio nem Minoris, vbi eſt, P, per accidēs. Eſt præterea, M, & hæc denotat tranſpoſitionem præmiſſarū,

vt

vt ex Maiori fiat Minor. Deniq; eſt, C, & notat talem modum reducendũ per Impoſſibile, ſumpto contradictorio concluſionis loco præmiſſæ notatæ per vocalem antecedentem. Sub hac autem reductione includuntur modi imperfecti indirecte concludentes.

Ceſare igitur reducitur ad Celarent, per conuerſionem ſimplicem Maioris, vt; Nullus lapis eſt animal, Omnis homo eſt animal, ergo Nullus lapis eſt homo, ſi dicas, Nullum animal eſt lapis, Omnis homo eſt animal, ergo Nullus homo eſt lapis.

Cameſtres etiam ad Celarent, per conuerſionem ſimplicem Minoris, quod notatur, S, medio, & præmiſſarum tranſpoſitionem, quod notatur per illud M, & ſimplicem conuerſionem cõcluſionis quod notatur per vltimum, S, verbi gratia, Omnis homo eſt animal: Nulla arbor eſt animal, ergo Nulla arbor eſt homo: Reducitur ſic, Nullũ animal eſt arbor, Omnis homo eſt animal, ergo Nullus homo eſt arbor.

Baroco ad Barbara ad Impoſſibile, quod ſignificatur per C. cũ eadẽ maiori, & cõtradictorio cõcluſionis poſito pro minori Omnis hõ eſt animal; Arbor nõ eſt animal, ergo Arbor non eſt hõ ſic, Omnis hõ eſt animal, Omnis arbor eſt homo,

ergo

ergo Omnis arbor est animal.

Eadem obseruatione poterunt omnes alij facilè reduci,quos pro exercitatione Iuuenum reducendos relinquimus. Quamuis autem Barocco, & Boccardo per Impossibile reducantur,non ita hoc intelligendum est,quasi alij non reducantur, sed quod hi non ostensione,sed tãtum per Impossibile reducantur,cæteri.n.ostensione, & per Impossibile reduci possunt.

Quo pacto alij Modi ad impossibile reducantur. Cap. XI.

CVM non solum illi Modi duo, sed etiã omnes alij ad Impossibile reducãtur in eodem quatuor primæ figuræ,superest,vt Modum, quo reduci possint, et ad quem ex illis quatuor reducantur,aperiamus. Non enim eadem via omnes hæ ad eũdem modum,ad quem per ostensionẽ,reducuntur. Propterea aduertendum est primò.Syllogismos quatuor Secundæ figuræ reduci sumpto Contradictorio cõclusionis pro minori cum eadẽ maiori,ex quibus infertur contradictoriũ minoris,vt fiat in Cesare syllogismus. Nullus lapis est animal,Omnis homo est animal, ergo Nullus homo est lapis. Reducitur sicut iuxta prædictã regulã. Nullus lapis est animal, Aliquis homo

homo eſt lapis,ergo Aliquis homo nō eſt animal qui Syllogiſmus eſt in Ferio.At Syllogiſmi tertiæ Figuræ reducuntur contradictorio concluſionis ſumpto pro Maiori,cum eadē Minori,ex quibus infertur contradictorium Maioris,vt fiat Syllogiſmus in Darapti.Omnis homo eſt animal.Omnis homo eſt riſibilis,ergo Aliquod riſibile eſt animal:Reducitur iuxta regulam ſic,Nullum riſibile eſt animal.Omnis homo ē riſibilis, ergo homo ē animal in Celarent.

In modis autem indirectis primæ,aſſumēdum eſt contradictoriū cōcluſionis pro Maiori,& Maior debet fieri Minor,ex quibus infertur cōtradictoriū Minoris mediatè,præter Celantes,in quo Minor ſumenda eſt pro Maiori,& contradictorium Concluſionis pro Minori,ad inferendū cōtradictorium Maioris,vt fiat Syllogiſmus in Fapeſmo.Omne animal eſt ſenſibile, Nullus lapis ē animal,ergo Aliquod ſenſibile nō eſt lapis,reducatur ad Barbara.Omne ſenſibile eſt lapis,omne animal eſt ſenſibile, ergo omne animal eſt lapis. Aduertendū eſt ſecundò in Syllogiſmis ad Impoſſibile reducētibus non ſemper inferri.Contradictorium præmiſſæ alterius Syllogiſmi primò & immediatè:aliquando.n infertur contraria,vt in Darapti,aliquando cōtrariā conuertentis negatiuè,

tiuè, vt in Fapesmo, sed quia ex istis facilè est deducere cōtradictoria, propterea asseritur, Syllogismū ad Impossibile inferre cōtradictorium. Aduertendū est tertiò, esse aliquot dictiones, quibus manifestatur, ad quos modos primæ Figuræ, reliqui ad Impossibile reducātur, nempè Nesciebatis Odiebā, Letare, Romanis, in quibus tria cōsideranda sunt. Primū, esse quatuor vocales denotantes illos quatuor primæ Figuræ, A, denotat Barbara E, Celarēt, I, Darij, O, Ferio. Deinde prima dictio habet quinque Syllabas pro quinque modis indirectis primæ figuræ. Secūda quatuor ꝓ quatuor modis Secūdæ. Duæ vltimæ sex, ꝓ sex modis Tertiæ. Postremò primæ Syllabæ significant primos modos. Secūdæ secūdos, & sic cōsequēter in qualibet dictione. Vnde Nesciebatis, prima syllaba ē pro Baraliptō, notat reducēdū ad Celarēt. Secunda notat Celātes reducendū ad Darij, & sic cōsequēter. Pariter in secunda Figura. Odiebā, prima indicat Cesare reducendū ad Ferio, Secunda Camestres reducendū ad Darij; eadē est ratio in alijs omnibus. Aduertendū est vltimò, Aristotelē etiā duos ex prima figura modos particulares, reduxisse ad alios duos vniuersales ad Impossibile, sed nō immediatè, sicut reliquos, sed mediati, nā primi reducūtur ad Secundā figurā, & ex Secunda

figura per ostensioné postea reducũtur ad Barbara, & Celarent, vt Darij ad Impossibile reducitur ad Camestres eadé regula, qua Syllogismi Secundæ figuræ reducũtur; nempè cũ eadem Maiori, & cõtradictorio cõclusionis pro Minori, ex quibus infertur contradictoriũ Minoris, vt fiat in Darij, Omne animal sentit, Aliquod albũ est animal, ergo Aliquod albũ sentit, reducitur. Omne animal sentit. Nullũ albũ sentit, ergo Nullũ albũ ẽ animal Ferio aũt reducitur ad Celarẽt, vt Nullus lapis ẽ animal. Aliquod albũ ẽ lapis, ergo Aliquod albũ nõ est animal, reducitur, Nullus lapis est animal, Omne albũ est animal, ergo Nullũ albũ est lapis. Posteà verò hos reducere ad Celarẽt ostẽsiuè facile est. Ex quibus omnibus patet, quot sint syllogismorũ modi, & quo pacto omnes ad illos duos vniuersales primæ, tanquã ad fontẽ reducantur. Erit satis vtile, si studiosi Iuuẽnes in his reducẽdis maximè exerceantur, totũ enim negotiũ logicũ maximè ex natura Syllogismi recta cognitione, & speculatione depẽdet, ob idq; nos quosdã solũ reduximus, vt iuxta regulas his exẽplis illustratas reliquos inter se conferentes reducerent.

De arte inueniendi Mediũ ad cõcludẽdã quáq; propositionẽ. Cap. XII.

POST

POSTQVAM vniuersos modos cōcludēdi in qualibet figura ostendimus, superest, vt artem, qua proposita quauis conclusione Medium aptum ad eam concludendum inueniatur, ostendamus. Hæc autē sequentibus continetur conclusionibus. Ante quas oportet supponere notitiam trium Terminorū, scilicet, medij, Antecedentis, Consequentis, & extranei. Illud medium dicitur Antecedens aliquem terminum, quod infert illū vel tanquam inferius, vel tanquam conuertibile, vt homo est antecedens ad animal, & ad risibile. Illud dicitur consequens alicuius, quod infertur ex illo vel tanquam superius, vel tanquam conuertibile, vt animal est consequens ad hominem, & hinnibile ad equum. Illud autem dicitur Extraneum, quod de illo non potest affirmari, vt homo ad equum.

Est igitur prima Conclusio: Ad concludendam vniuersalem affirmatiuam, quod solùm fit in Barbara, oportet sumere Medium cōsequens ad subiectum & antecedens ad prædicatum, id est, terminum, qui de subiecto prædicetur, & sit illo superior, & inferior prædicato, Verbi gratia, ad cōcludendū, Omne animal est substantia, sume corpus. Omne corpus est substantia. Omne animal est corpus, ergo Omne animal est substantia, vel sume

ſume aliquod conuertibile cum ſubiecto, ſcilicet ſenſibile, ſic, Omne ſenſibile eſt ſubſtantia. Omne animal eſt ſenſibile, ergo Omne animal eſt ſubſtã tia. Secũda; Ad concludẽdã particularẽ affirmati uã in Tertia figura, vel in prima p cõuerſionẽ par ticularis affirmatiuæ ſumendũ eſt Medium, quod ſit Antecedens ad vtrũque, ſcilicet ſubiectum, & prædicatũ, verbi gratia, ad cõcludendũ. Aliquod animal ẽ ſubſtãtia, ſume iſtud Mediũ, homo, ſic, Omnis hõ eſt ſubſtãtia, Omnis hõ eſt animal, ergo Aliquod animal ẽ ſubſtãtia, in Darapti. Tertia Ad cõcludendã vniuerſalẽ negatiuã in Ceſare, & Celarent, ſumẽdũ eſt Mediũ extraneũ ad prædicatũ, & conſequens ad ſubiectũ, verbi gratia, ad concludendũ, Nullus homo eſt lapis, ſumendum eſt Animal, vel, Riſibile, ſic, Nullũ animal eſt lapis Omnis hõ eſt animal, ergo Nullus hõ ẽ lapis. vel, Nullus lapis eſt animal, omnis homo eſt animal, ergo nullus hõ eſt lapis. Quarta. Ad cõcludendã eandẽ vniuerſalẽ negatiuã in Cameſtres, vel Celã tes indirectè, ſumendũ eſt Mediũ extraneum ad ſubiectũ, & cõſequẽs ad prædicatũ, vt ad concludendam eadem, ſcilicet, Nullus homo eſt lapis, ſume Inanimatum. Omnis lapis eſt inanimatus, Nullus homo eſt inanimatus, ergo, Nullus homo eſt lapis. Quinta ad concludendam particularem negatiuam in Tertia figura, aut indirecte in


prima sumere oportet Mediũ antecedés ad subiectũ,& extraneum ad prædicatũ, vt ad cócludédũ, Animal nõ est insensibile,sumatur , homo sic, Nullus hó est insensibilis,Omnis hó est animal,ergo animal nõ est insensibile.Sexta. Ad inferendũ particularé affirmatiuã indirectè in Baraliptõ & Dabitis,sumédum est Medium antecedés ad subiectũ,& consequens ad prædicatũ, vt ad concludédum. Aliquod corpus est equs,sumendum est, viués,sic,Omneuiuens est corpus.Omnis equs est viuens,ergo Aliquod corpus est equs nec potest aliud Mediũ ad cócludendũ aptum sumi, si enim altiùs hoc speculati fuerimus , inueniem9 Mediũ aliquod posse modis nouem se habere ad extremitates,ex quibus conclusio Syllogismi constat, ex quibus modis,sex apti,tres verò inepti ad inferendũ comperiẽtur.Primò enim potest esse cõsequens ad subiectum,& prædicatum,id est superius vtraque extremitate,&tunc est inutile,quia si superi9 est vtraque extremitate, debet de vtraque affirmatiuè prædicari, & faciet præmissas affirmatiuas in secũda figura,quod esse non potest. Secundò potest esse extraneũ ad vtramq; extremitaté,& sic etiã est inutile,quia debet de vtraq; negari,& sic faceret ambas præmissas negatiuas, quæ est cóbinatio inutilis.Tertiò potest esse extraneus subiecti,antecedens prædicati, & sic etiã est

est inutile, quia si ē antecedēs prædicati, denotāt Maiorē esse affirmatiuā, ī qua maior extremitas, quæ ē prædicatū, prædicetur de Medio, & si ē extraneū Minoris extremitatis, vel negatur de illa, & tūc in prima figura esset Minor negatiua, vel Minor extremitas negatur de ipso, & tunc talis Syllogism9 esset in tertia figura Minori negatiua quod esse nō potest. Reliqui sex modi, quib9. Mediū potest sumi, sūt vtiles, & tales sūt supra dicti; nā vel est antecedēs ad vtrūq;, & tūc infert particularē affirmatiuā ī Tertia figura, vel ē cōsequēs ad prædicatū, antecedēs ad subiectū, & sic infert particularē esse affirmatiuā indirectè in Baralip tō, et Dabitis, vel cōsequens ab subiectū, & antecedēs ad prædicatū, & sic infert vniuersalē affirmatiuā in Barbara, vel extraneum subiecti, cōsequēs prædicati, & sic infert vniuersalē negatiuā in Camestres, & Celātes, vel est extraneū prædicati, cō sequēs subiecti, & sic infert vniuersalē negatiuā in Celarēt & Cesare, vel est extraneū prædicati, antecedēs subiecti, & sic infert particularē negatiuā in Tertia figura, & indirectè in Prima.


De dictionibus quibus hæ regulæ faciliùs retinētur & de principijs, quib9 cōbinatiōes inutiles examinātur Cap. XIIII.

SI aũt magis ĩ prõptu iſtas regulashabere cupis ſunt quædã inuẽtæ dictiones, quibus faciliùs cognoſcamus,quo medio quæq; propoſitio concludenda ſit. Dictiones autem hæ ſunt.

Fecana,Cageti,Dafenes,Hebare,Gedaco, Gebali,Febas,Hedas,Hecas,ĩ quibus primũ ẽ cõſiderãdũ,tertiã vocalẽ vltimã denotare cõcluſionẽ, quæ debet inferri eo modo, quo ſuperiꝰ diximꝰ de iſtis vocalibꝰ,ac ꝓpterea ĩ tribꝰ vltimis dictionibꝰ nõ ponitur Tertiavocalis,quia per illas deſignatur Mediũ inutile ad inferẽdũ.Eſt ſecũdò cõſiderãdũ,eſſe ſex cõſonãtes B,C,D,F,G,H,Per,B, intelligitur mediũ cõſequẽs ad prædicatũ; per C, antecedẽs ad prædicatũ;per D,extraneũ ad prædicatũ;reliquæ tres ſũt ꝓ ſubiecto,F,cõſequẽsad ſubiectũ.G.antecedẽs.H.extraneũ. Aduertendũ tertio,primã dictionẽ eſſe ꝓ prima regula,ſecundã ꝓ ſecũda,& ſic cõſequẽter.Vnde Fecana,id ẽ, ad cõcludẽdãvniuerſalẽ affirmatiuã ĩBarbara,ſu mẽdũ ẽ mediũcõſequẽs ad ſubiectũ,quod denotatur ꝑ F,& Antecedẽs ad prædicatũ,quodnotatur ꝑ B,ſic inalijs.Sũt aũt duævocales mediæ notãdæ A,ſignificat ꝑdicatũ,E ſubiectũ.Hæ aũt dictiones in ſequẽti figura habẽtur expreſſæ,quã figurã ridiculo vocabulo Antiqui Põtẽ Aſinorũ, vocabant, quia hominibꝰ tardi ingenij iſta ars inueniẽdi Mediũ nõ eſſet intelligibilis, ſed iã ꝓfectò nullus eſt ita ingenij inops,cui nõ ſit facilis & manifeſta.



G AGET I VTILIS PRO PARTICVL. AFFIRM. IN. 3. ET 4. CONVERSA C
EBALIVTI
BARBARA
NEGATIVA IN PRIMA
EDACO VTILIS PRO PARTICVLARI NEGATIVA. 2. ET. 1. INDIRECTE
PRO
ECASIN VTILIS MINORI
LIS PROBA
A.I. EDAS. INVTILIS EX DVABVS NEGATIVIS. D.E.



F IBAS IN VTILIS EX DVABVS AFFIRMATIVIS IN .2. FIGVRA B

Sũt autẽ duo principia, quibus Aristoteles vtitur ad cõbinationes inutiles Syllogismorũ examinãdas, quæ vocãtur Dare terminos, in quibꝰ Omni, & dare terminos, in quibus Nulli. Hoc autẽ nihil aliud est, quã proposita combinatione aliqua inutili, dare tres terminos similes eadẽ dispositione dispositos, in quibus Vniuersalis affirmatiua cõposita ex extremitatibus stet in veritate cũ illis duabus ꝓpositionibus, & dare alios tres eadẽ dispositione dispositos, in quibus Vniuersalis negatiua cõposita ex extremitatibus sit simul vera cũ illis duabus ꝓpositionibus, & ꝑ hoc probatur talis duarum ꝓpositionũ dispositio esse inutilis, quia qua parte ẽ vera negatiua vniuersalis, ẽ inutilis dispositio ad inferẽdã affirmatiuã; nam tunc daretur antecedẽs verũ, & cõsequẽs falsũ, quod repugnat bonæ cõsequẽtiæ: qua parte ẽ vera affirmatiua vniuersalis, est inutilis eadẽ dispositio ad inferẽdũ negatiuã eadẽ causa, ac ideo nõ ẽ formalis cõsequẽtia. Formalis enim consequẽtia in terminis, & propositionibus similibus semper ita se habet, vt Antecedẽs verũ, & cõsequens falsum esse nequeat. Dare terminos affirmatiuè, est dare terminos, in quibus Omni, dare negatiuè, ẽ dare, in quibus Nulli. V.g. volo probare hãc dispositionẽ esse inutilẽ, Animal ẽ currẽs. Homo ẽ animal, do tres terminos, in quibus Vniuersalis affirmatiua

ua cōſtans ex extremitatibus propoſitionū com poſitarū ex illis ſtet in veritate cū eiſdē propoſitionibus eodē modo diſpoſitis,color, Accidens, Albedo ſic,Color eſt accidens. Albedo eſt color, Omnis albedo eſt accidens. Talis ergo diſpoſitio nō poteſt inferre ſemper negatiuā,quia modo af firmatiua ex illis extremitatibus cōpoſitis eſt vera. Do alios tres,in quibus Nulli, Animal, Currēs, Homo Animal currit,hō non eſt animal. Cū his poteſt eſſe quod nullus hō currat,ergo nō eſt illa diſpoſitio apta formaliter ad inferendū affirmatiuā,& ſic oratio eſt inutilis;ita poſſunt dari termini in omni inutili combinatione. Poteſt autem in iſtis terminis inueniendis hæc regula obſeruari,vt accipiamus vel duos terminos diuerſos, & qui adinuicem negētur cum aliquo ſuperiori ad vtrunq;,vel duos terminos,quorū vnus ſit conſequens ad alterū,cum aliquo extraneo,vel etiam cū ſuperiore,vel tres diſparatos, & per hos poteris examinare quācunq; combinationem.

De Syllogiſmo ex obliquis,& de Expoſitorio. Cap. XIIII.

ALIQVANDO Syllogiſmi ex terminis obliquis fiunt,non ſolum ex parte extremitatum,vt Omnis criatura eſt Dei, Angelus eſt creatura;ergo Angelus eſt Dei. Omnis creatura

eſt

est Dei,est perfectio. In Deo est Iustitia, ergo in Deo est perfectio,sed etiam ex parte Medij, aliquādo enim medius terminus est obliquus, vel in Maiori,vel in Minori,vel in vtrāq; simul. Etiā obliquus varius esse potest iuxta casuum multitudinem. V.g. Cuique animali inest sensus,homo est animal,ergo homini inest sensus. In omni loco ē Deus,Terra est locus,ergo in terra est Deus. Sūt autē in istis ista obseruanda. Primùm vt extremitas,quæ fuerit obliqua in præmissis,ita maneat in conclusione,vt apparet in Syllogismis positis. Secundo,Quando Mediū est obliqum in vna præmissa,tunc illa extremitas, quæ cum medio obliquo ponitur,debet in cōclusione inferri in recto, & altera extremitas ī obliquo. V.g. Omnis entis est scientia,Corpus est ens,ergo Corporū est sciētia Quando verò in vtrāque est obliqum Mediū, extremitas inferetur vtraque in recto, vt Nulla pax vera inest impio,Otium inest impio, ergo otium nō est pax. Tertiò,Quando in præmissa negatiua fuerit obliqus, in affirmatiua rectus, sequitur cōclusio de obliquo.Nulli animali irrationali inest ratio, Equs est animal irrationale,ergo Equo nō inest ratio.Quando autē fuerit affirmatiua de obliquo, & negatiua recta,non ita sequitur,nō enim valet,Homo nō est Angelus, Omni homini inest intellectꝰ,ergo Angelo nō inest intellectus,

lectus, Præter hos Syllogiſmos aliquãdo euenit vt Mediũ ĩ quibuſdã ſit terminus ſingularis, & hic Syllogiſmꝰ Expoſitoriꝰ dicitur, qui maximè Tertiæ figuræ familiaris ẽ, eò quòd ĩ eo Mediũ ſubijciatur, ꝓpriũ aũt ſit ſingularũ terminorũ ſubijci. Petrus ẽ aĩal, & Petrꝰ ẽ currẽs, ergo Aliquod currẽs ẽ aĩal. Fiũt etiã Syllogiſmi Expoſitorij ex Medio vniuerſali, puta cũ volumus alicuius generis, vel ſuperioris inferiꝰ aliquod demõſtrare, vt ſi fieret Syllogiſmus in Baroco. Omnis hõ eſt aĩal. Aliquod albũ nõ eſt animal, ergo Aliquod albũ non eſt hõ. fit expoſitorius ſi ſumamꝰ aliquod inferiꝰ ſub Minori, ſcilicet, Aliquod albũ, quod nõ ſit animal, nẽpè Niuẽ, & fiat Syllogiſmus, in Felapton, Nulla nix ẽ animal. Omnis nix eſt alba, ergo aliquod albũ nõ aſt animal. Iſte Syllogiſmus ab Ariſtotele vocatur Expoſitorius, quia per ſumptionẽ inferiorũ probat vniuerſaliꝰ illud minoris præcedẽtis, id eſt, aliquod albũ nõ eſt animal, & talis etiã in alijs figuris à Tertia optimè fieri poteſt.

De ſex poteſtatibus & tribus defectibus Syllogiſmorũ. Cap. XV.

SILLOGISMORVM poteſtates ſex ſunt. Prima ẽ plura cõcludẽdi. Syllogiſmꝰ enim qui infert Vniuerſalẽ, poteſt inferre eiꝰ vniuerſalis ſub alternatã, & inferẽs cõcluſionẽ, poteſt inferre eiꝰ cõuer-

cõuertẽtẽ,& id quod ſequitur ex tali cõcluſione.

Secunda eſt, Verũ ex falſis ſyllogizãdi, eadem enĩ forma Syllogiſmi aliquãdo verũ ex vero deducimus, vt Omne animal ẽ ſenſibile, Omnis hõ eſt animal, ergo Omnis hõ eſt ſenſibilis. Aliquando verũ ex falſo, vt Omnis leo eſt rationalis. Omnis homo eſt leo, ergo Omnis homo eſt rationalis. Aliquãdo etiam falſum ex falſa concluſione.

Tertia eſt, Circulariter ſyllogizãdi. Eſt autẽ Syllogiſmus circularis ille, qui ex alterius cõcluſione cũ vnius præmiſſæ cõuertẽte infert alterã præmiſſam; hoc autẽ fit in terminis cõuertibilibus, vt Omne corpus eſt cõpoſitũ ex materia & forma, Omne ens mobile eſt corp9, ergo Omne ens mobile ẽ cõpoſitũ ex materia & forma: Fit circularis cõuerſa maiori, Omne cõpoſitũ ex materia & forma ẽ corpus, Omne ens mobile ẽ cõpoſitũ ex materia & forma, ergo Omne ẽs mobile ẽ corp9

Quarta ẽ, Cõuerſiuè Syllogizãdi. Eſt aũt Syllogiſmus cõuerſiu9, qui ex cõtradictoria, vel cõtraria prioris Syllogiſmi cũ altera præmiſſarũ tollit alteram, id eſt, eius cõtrariã, vel cõtradictoriã infert, quo maximè vtimur, quãdo alteri9 rationẽ euertere volum9, vt Omne albũ currit, Omnis hõ eſt alb9, ergo Omnis hõ currit; Fit cõuerſiuus ad tollẽdã Maiorẽ, Nullus hõ currit, Omnis hõ ẽ albus, ergo Aliquod albũ nõ currit. Poteſt etiã maior

ior eadẽ particularis fieri & erit in Boccardo.

Quinta eſt, Syllogizãdi per impoſſibile: Eſt autẽ hic Syllogiſmus, qui ex cõtradictorio alicuius propoſitionis veræ negatæ, cũ altera propoſitione clarè vera, infert manifeſtè ꝓpoſitionẽ falſam vt fiat regreſſus ad negãdũ oppoſitũ ꝓpoſitionis negatæ. V. g. negat quis, Spongia eſt ſenſibilis, argumentabor ſic, Omne animal eſt ſenſibile. Nulla ſpongia eſt ſenſibilis, ergo Nulla ſpongia eſt animal; Iſta concluſio eſt falſa, ergo præmiſſa aliqua falſa, non maior quia eſt manifeſte vera, ergo minor, oppoſitam ergo negata priùs erat vera, hic autem oportet ſumere Contradictorium, nã in Contrarijs ex falſitate vnius non ſequitur veritas alterius, cum vtrunque falſum eſſe poſſit.

Sexta poteſtas eſt, Ex oppoſitis ſyllogizandi, Eſt autem iſte Syllogiſmus, quo ex duabus cõtrarijs, vel conrtadictorijs infertur cõcluſio, qua negatur idem de ſeipſo. Vtimur hoc cõtra proteruos, cõtraria, vel contradictoria admittẽtes, Verbi gratia. Nulla ſubſtantia eſt animal, Omnis ſubſtantia eſt animal, ergo Animal non eſt animal.

Sunt autẽ tres in Syllogiſmis defectus; Primus eſt, Petere principiũ. qui tũc accidit, quãdo idem per diẽ, vel aliquid per æquè, aut magis ignotum probatur, vt Omnis homo ẽ hõ, & Omnis homo eſt hõ, ergo Omnis homo eſt homo. Secũdus eſt,

Non propter accidere falſum, qui tũc euenit, quã do ſyllogizãdo falſitas cõcluſionis illatæ imputatur alicui propoſitioni, in Antecedenti, quæ verè nõ erat cauſa falſitatis illius; hoc autẽ maxime fit in Syllogiſmis, in quibus ẽ aliqua præmiſſa ſuperflua. V.g. hõ eſt animal, & omne corpus ẽ viuens. Omnis lapis eſt corpus, ergo Omnis lapis ẽ viuẽs, Cõcluſio eſt falſa, ergo illa pars Antecedentis eſt falſa, ſcilicet hõ eſt animal. Hic falſias concluſionis imputatur propoſitioni, quæ nõ eſt cauſa, nã ea ſemota adhuc ſequitur Concluſio falſa.

Tertius dicitur Fallacia contrariæ opinionis, hic autem eſt, quando aſſentimur duabus contrarijs, vel contradictorijs aut in Vniuerſali, aut in propria forma expreſſis, vt qui admitteret, Omne animal eſt corpus, & Nigrũ nullum eſt corpus in communi admittit has, Omnis coruus eſt corpus, Nullus coruus ẽ corpus quæ formaliter ſunt cõtrariæ. Hoc defectu admonemur, ne ſimus præcipites in cõcedendo ſed priùs attentè conſideremus, & omnia perpendamus, ne poteſta in contraria, vel contradictoria dilabamur.

De Syllogiſmo ex Modalibus. Cap. XVI.

ABSOLVTIS iam Syllogiſmis, qui ex propoſitionibus ſimplicibus, ac modo vacãtibus cõſi-

conficiuntur, non inutile mihi visum est, si ea, quæ Aristoteles fusissimè de Syllogismis modalibus tractat, in breues & paucas redegero cōclusiones, vt has Iuuenes prius facilè edocti, se ad graviores in eisdem disputationes melius & aptius accingant, ac propterea Conclusiones simplices ex obscuro, & perplexo Aristotelis cōtextu erutas proponam, difficultates, quæ circa ipsas sunt in proprium locum reseruando.

Quintupliciter igitur possunt ordinari istæ ꝓpositiones secūdū Modos duos Necessario, & Cōtingēter, de his enim præcipuus est sermo, nā alij præposita, aut postposita vna negatione, vel altera, equiualēt Necessario, vt cōstat ex superioribus aut enim vtraq; est de Necessario, aut altera de Necessario, altera de Inesse, quæ sine modo ē, aut vtraq; de Cōtingēti, aut vna de Cōtingēti, & altera de Inesse, aut tādē vna de Cōtingēti, altera de Necessario. Hic autē sumimus cōtingētis pro eo, quod potest esse, & nō esse, quod dicitur Contingēs specialiter sumptū, cuius naturā explicuimus libro tertio, & iuuabit lectorē illa eadē repetere.

Sit igitur prima Conclusio. In omni figura, & Modo cuiusque figuræ ex vtraque præmissa de Necessario. Cōclusio sequitur de Necessario. Valet enim Omne animal necessario est sensibile, Omnis hō necessario est animal, ergo Omnis hō

neces-

ſario eſt ſenſibilis. Similiter Nullus lapis neceſſario eſt animal, Omnis gemma neceſſario ē lapis, ergo Nulla gemma neceſſario eſt animal. Idem in alijs modis, & figuris oportet exiſtimare.

Secũda cõcluſio. In prima figura maiori exiſtẽte de Neceſſario & Minori de ineſſe, ſequitur cõcluſio de Neceſſario. In alijs verò figuris ſequitur Cõcluſio neceſſaria, quæ ē Maior Syllogiſmi reductione facta ad primã figurã. Vndè in ſecũda figura exiſtẽte negatiua de Neceſſario, affirmatiua đ Ineſſe, ſequitur cõcluſio đ Neceſſario, quia Negatiua fit Maior in reductione ad primã. In Baroco hoc nõ valet, quia nõ reducitur ĩ terminis nec in Boccardo, neutra enim exiſtẽte de Neceſſario ſiue maiori, ſiue minori, & altera de ineſſe ſequitur đ neceſſario. In tertia vero figura ſi fuerit vniuerſalis negatiua đ neceſſario, ſequitur Cõcluſio neceſſaria, vt ĩ Felaptõ, & Feriſõ, quãdo vtraq; affirmatiua ſit vniuerſalis, vt in Darapti, ſiue ſit Maior, ſiue Minor, ſequitur neceſſaria: ſi altera particularis, vt in Diſamis, & Datiſi: ſi vniuerſalis fuerit neceſſaria, ſequitur concluſio, alijs modis non contingit in his figuris.

Tertia cõcluſio. In prima Figura, vtraque cõtĩgẽti in quatuor modis ſequitur cõcluſio cõtigẽs, & ĩ eiſdẽ modis etiã ſequitur, quãdo vtraq; ē negatiua vel Minor ſola, ſed imperfectè. Dico Imperfectè, quia opus ē prius cõuertere Minorẽ ne-

gatiuã í affirmatiuã,vel vtrãque negatiuã in affir matiuã,quod licet in Cõtingẽti,vt superius diximus. Vnde sequitur,Cõtingit nullũ albũ currere, Cõtingit nullũ hominẽ esse albũ, ergo Contingit omnẽ hominẽ currere,sed imperfectè sequitur, quia debemus mutare vtrãque negatiuã in affirmatiuã,vt clarè,& manifestè sequatur. Similiter ĩ alijs modis,Minori vel vtraq; existẽti negatiua.

Quarta Cõclusio.In prima Figura,in eildẽ modis quatuor seruata eadẽ qualitate,& quãtitate propositionũ,maiori existẽte de Contingenti, & Minori de inesse,sequitur conclusio Cõtingentis specialiter dicti,at cõtra,Maiori existẽte d inesse & minori de Cõtingenti tã affirmatiua,quã negatiua,sequitur cõclusio Contingentis non speciali ter dicti,sed communiter,scilicet pro possibili,& Inesse sumpti,vt facilè erit exemplis ostendere.

Quinta Cõclusio.In eadẽ prima figura idem iudiciũ est Inesse Necessario,& de Inesse solo, vt si Maior Cõtingens,& Minor Necessaria,sequatur cõclusio Cõtingentis specialiter dicti,scilicet pro eo,quod esse,& potest nõ esse;at si Maior de Necessario & Minor cõtingẽs, siue affirmatiua siue negatiua.Cõclusio erit cõtingẽs generalis. Quod si necessaria fuerit Maior,& negatiua,potest inferri cõclusio de Inesse,vt Necessario nullum intelligens est equs. Contingenter omnis homo est

intelligens, ergo Nullus homo est equus.

Sexta Cõclusio pro secũda figura. Ex vtraque cõtingenti in secũda figura vtcunque disponatur nihil sequitur, nec quãdo negatiua est cõtingens, & affirmatiua necessaria vel de Inesse. At quãdo affirmatiua est cõtingens, & negatiua necessaria, vel de Inesse, sequitur Cõclusio contingens generaliter dicti, vt Necessario nullus equus ẽ homo, Contingenter omne currens est homo, ergo Cõtingenter nullum currens est equus.

Septima Conclusio pro Tertia figura. In tertia figura, ex vtraque de Contingenti sequitur conclusio contingens, & ex vna de Contingenti, & altera de Necessario, vel de Inesse, si contingẽs fuerit illa, quæ est Maior in reductione, in figura prima erit conclusio Contingens specialiter dicti; si verò fuerit in reductione Minor, erit Conclusio contingentis generaliter dicti.

De Syllogismo Hyphotetico. Cap. XVII.

POSTQVAM de Syllogismo simplici hucusq; latius disseruimus, superest, vt de Syllogismo Hypothetico introductionis modo aliquid attingamus. Est igitur Syllogismus Hydhoterico, qui ex altera aut vtraque præmissa constat Hypothetica. Huius tres sunt præcipuè species secũ-

dum Hypotheticas propositiones, ex quibus cō ficitur. Est enim Cōditionalis, Copullatiuus, Disiū ctiuus. Cōditionalis est, qui ex præmissa cōstat cō ditionali, vt si sol lucet, dies est, sed sol lucet, ergo dies est. Fiūt autē in hisce duo modi Syllogismorū, quidam procedūt ex Maiori cōditionali, & ipso Antecedenti solo pro Minori ad positionem eiusdē consequentis in cōclusione, vt si est homo, est animal, sed est homo, ergo est animal, & hæc prima figura horū Syllogismorū esse potest, sub qua quatuor sunt modi, nā Conditionalis potest habere vtramq; partē affirmatiuā, & tunc est primus modus, vt si sol lucet, dies est, sed sol lucet, ergo dies est. Aut vtramque negatiuā, & tūc est Secundus modus, vt si non est animal, nō est homo, sed non est animal, ergo est homo. Aut priorem affirmatiuam & posteriorem negatiuam, & tunc est Tertius modus, vt si æstas est, frigus nō est, sed æstas est, ergo frigus non est: Aut priorem negatiuam, posteriorem affirmatiuam, & tunc ē Quartus modus, vt si non est sanum, est ægrum, sed nō est sanum, ergo est ægrum.

Quidā alij Syllogismi sunt, in quibus à tota cōditionali Maiori & opposito cōsequētis pro Minori, infertur oppositū Antecedentis pro conclusione, & hæc posterior figura horūdici potest, sub qua alij sunt quatuor modi similes præcedētibus.

Aut

Aut enim eſt tota affirmatiua,vt ſi eſt homo, eſt animal,ſed nõ eſt animal,ergo nõ eſt homo. Aut tota negatiua,vt ſi ſol non lucet,dies non eſt,ſed dies ė.ergo ſol lucet:aut prior affirmatiua & poſterior negatiua,vel cõtrà,vt ſuperius diximus.

Eſt alius Syllogiſmus Hypotheticus, qui dicitur Copulatiuus,quia ex copulatiua propoſitione procedit:Sunt autẽ tres modi horum,præſertim in copulatiuis negatiuis,id eſt,in quibus negatio ipſam partium connexionẽ negat. Primus modus quando copulatiuæ partes nõ habẽt aliã negationẽ quam eam,quæ totã ipſam negat, tũc enim valet à tota copulatiua pro maiori cum vnã parte affirmatiua pro minori ad alteriꝰ negationem,vt non homo currit ſimul & ſedet, ſed currit,ergo nõ ſedet,vel etiam,ſedet,ergò nõ currit à Negatiua autẽ non valet affirmatiuè,non enim dicetur.Non currit,ergo ſedet.

Secũdus modus eſt,quando vtraque pars habet aliã negationẽ præter negationẽ totius, tunc enim valet à tota copulatiua, & vna negatione ad alterius affirmationẽ: vt Non homo non ſtudet,ſimul,& non legit,ſed non ſtudet ergo legit, vel etiã,Non legit,ergo ſtudet,cõtra non valet.

Tertius modus quãdo vnà pars habet negationẽ,altera non,tũc enim valet à tota copulatiua, & parte affirmata ad partem negatam, vt Non

homo currit,& nõ mouetur,sed currit, ergo mouetur.Hi sunt modi in copulatiuis negatiuis, nã in affirmatiuis non fiunt Syllogismi, sed consequentiæ quædam. Omnis enim affirmatiua Copulatiua infert quamlibet sui parté,siue ambæ partes sint affirmatiuæ,siue negatiuæ,siue vna affirmatiua altera negatiua,vt homo currit, & leo ẽ fortis,ergo homo currit,& ita in alijs omnib9 poteris singulas partes per se inferre.

Est & Syllogismus disiũctiuus,qui ex propositione cõstat disiunctiua, in hoc auté procedimus semper à tota disiunctiua cũ vna parte ad oppositã alterius,vel cum opposito vnius partis,ad positionẽ alterius partis. V.g. Aut ẽ dies, Aut ẽ nox, est dies,ergo non est nox,vel aliter, Aut est dies, aut est nox,nõ est dies,ergo est nox. hic auté argumẽtandi modus fit in disiũctiuis affirmatiuis, siue vtraque pars sit affirmata,siue vtraque negata,siue prior affirmata,posterior negata,vel contra,prior negata,posterior affirmata,semper tamẽ debemus procedere vel ab vna parte ad oppositã alterius,vel ab opposita vnius partis ad alterã partẽ. Vnde valet quando vtraque pars ẽ negatiua. Aut non est sanum,aut nõ est ægrum,sed est sanũ,ergo non est egrũ,vel aliter. Non est sanum, ergo est ægrum. Idem fit quãdo vtraque affirmatiua,& quando altera etiam est affirmatiua.

Possunt

Possunt auté duæ figuræ harũ distingui sicut in Cõditionalibus, altera in qua ꝑ minori ponimus prioré parté disiunctiuæ, aut oppositã eius, pro cõsequenti verò posterioré, aut ipsius oppositã. Altera contrà, in qua pro minori posteriore partẽ, aut eius oppositam ponimus, pro conclusione verò prioré, aut eius oppositam, qui omnes Syllogismi in eo fundantur, quod superius diximus, disiunctiuã esse veram, cuius vna sola pars est vera, reliquas falsas. Ex his, multi colligũtur disiunctiuorum Syllogismorũ modi, quos per hanc arté, & regulã facilè erit diligenti lectori, & admodũ vtile inuenire, & singulos per se distribuere. Qui plura de istis Syllogismis videre cupit Boet. legat peculiariter de his tractantem.

De reliquis speciebus Argumentationis. Cap. XVIII.

SVPEREST, vt breuiter, quid aliæ argumẽtationum species sint, explicemus. Enthymema, vt Boetius asserit, est oratio in qua nõ omnibus præmissis propositis festinata infertur conclusio, vt homo est animal, ergo homo est corpꝰ. dicitur etiã truncatus Syllogismus, quia ei deest aliqua præmissa, vnde ad Syllogismum reduci potest per additioné illius præmissæ, quæ deest: Reducetur enim illud Enthymema sic ad Syllogismum

mum, Omne animal est corpus, Omnis homo est animal, ergo Omnis homo est corpus.

Inductio, quam alij Enumerationẽ vocant, est ab inferioribus ad superius ꝑgressio, vt iste ignis calefacit, & iste ignis calefacit, & sic de singulis, ergo Omnis ignis calefacit. Fit etiã aliquãdo Inductio nõ à singularibus, sed à minus cõmunibus, vt homo sentit, leo sentit, & reliqua animalia sentiunt, ergo omne animal sentit. Aliquãdo procedimus negatiuè, aliquãdo affirmatiuè, de quibus superius diximus in libro Tertio. hic autẽ attẽdendũ est, vt omnia inferiora, quoad fieri possit, enumerentur.

Exemplũ est ab vno singulari ad alterum, propter aliquã similitudinẽ illatio, vt Deus pepercit Niniuitis pœnitẽtibus, ergo & nobis parcet, si pœnitentiã agamus. Potest exemplũ aliquãdo à duobus, vel à tribus singularibus sumi, semper tamẽ obseruãda est aliqua similitudo inter ea, in cuius virtute vnũ singulare ex altero colligatur. Exemplo, & Enthymemate frequẽtius Rhetores, sicut syllogismo & Inductione, Dialectici vtũtur. Hæc sunt, quæ de argumẽtationibus, præsertim de Syllogismis, Dialecticæ studiosos prædiscere opertet ante Aristotelis doctrinã, postea fusius, copiosius, ac exactius ista percepturos.

FINIS QVARTI LIBRI.

INTRODVCTIONIS IN DIALECTICAM ARISTOTELIS LIBER. V.

De locis & fallacijs Syllogiſmorum.

De duplici Syllogiſmo ſecundum materiam. Cap. I.

SYLLOGISMVS, & forma, & materia, tãquam duplici parte intrinſeca perficitur. Forma, diſpoſitio, & ordinatio duarum propoſitionum inter ſe ſecundum debitam quantitatem & qualitaté, & trium terminorũ diſpoſitioné, eſt, de qua abundè in libro Quarto locuti ſumus. Materia proxima ꝓpoſitiones ſunt, ex quibus cõſtructus é. Hæ aũt in duplici differẽtia ſe habét: quædã enim ſunt Neceſſariæ, quæ ſemper veræ ſunt, nec eas aliquãdo falſas eſſe accidit: quales ſũt illæ in quibꝰ definitio, vel pars aliqua definitionis, ge

ρus nempè, aut differentia de definito prædica. tur, vt homo est animal rationale, hō est animal, homo est rationalis. Similiter illæ, in quibus aliqua inseparabilis proprietas de suo subiecto prædicatur, vt homo est risibilis, equus est hinnibilis, albū est disgregatiuū visus, ignis est calefactiuus. Similiter & illæ, in quibus effectus de suis ꝓprijs causis prædicamus, vt animal rationale ē risibile, frigiditas cōgregat, calor separat. Has omnes ꝓpositiones necessarias vocamus. Quædā aliæ sūt, quæ Probabiles dicūtur, quasi probatæ, & receptæ vel omniū consensu, vel plurimorū, vel sapientū; & horum, vel omniū, vel plurimorū, vel maximè probatorū. Sunt enim quædā propositiones quarum nō est ea euidétia, quin possit intellectus eis dissentire, tamen receptæ sunt iā ab omnibus tanquā veræ, vt Figulus figulū odit. Omnis mater diligit filium suum; Amicis est benefaciendum. Aliæ à plurimis, vt Diuitiæ sunt parande. Honores sunt expetēdi. Aliæ ab omnibus sapiētibus, vt Ex nihilo nihil naturaliter fit. Sol est maior terra. Aliæ à pluribus sapiētibus, vt Non sunt infiniti mūdi: non est corpus indiuisibile: Plura sunt rerum principia. Hæ enim olim receptæ fuerunt à pluri mis Philosophis, quamuis non omnibus. Aliæ à paucis, sed celeberrimus, vt Ideæ nō sunt: Est quinta substātia præter elemēta; Visus fit per intussusceptio-

ceptionem. Hæ enim à Peripateticis probantur. Omnes hæ ꝓpositiones probabiles sunt, nō quia veræ, aut falsæ sint; sed quia pro veris recipiebantur, & nulla videtur ratio euidens in cōtrarium. Sunt etiā & aliæ ꝓbabiles, quæ ex istis aliqua via deducuntur, quas aliqui Probabiles mediatas vocant. Ex his igitur vtrisque propositionibus fiūt Syllogismi, quemadmodū enim eadem forma circuli, aliquādo in ære, aliquādo in auro, vel in alia materia fit; ita & eadē forma & figura Syllogismi aliquādo propositionibus necessarijs applicatur, aliquando verò probabilibus. vt si sumas propositiones has necessarias. Omne animal rationale, ē risibile, Omnis homo est animal rationale, ergo Omnis homo est risibilis. Syllogismus conficitur ī Barbara. At si sumas has ꝓbabiles, Omne quod est bonum, expetēdum est. Omnes diuitiæ bonæ sunt, ergo Omnes diuitiæ sunt expetendæ, eadē fit in Barbara, forma. Si igitur materiā ipsam Syllogismi consideramus, duas Syllogismorum species constituemus, & illorum, qui ex necessarijs constantur, & hi Demonstrantur, & eorūm qui ex probabilibus, & hi Dialectici seu Topici dici solent.

De Demonstratione, & Dialectico Syllogismo. Cap. II.

De

DEMONSTATIO Syllogiſmus eſt, ex neceſſarijs propoſitionibus propriã Cõcluſionis cauſam exprimẽtibus compoſitus. Duo enim neceſſaria ſunt ad hũc Syllogiſmũ, qui demõſtratio dicitur; alterũ, vt ex neceſſarijs conſtetur; ille enim qui ex probabilibus, aut alijs propoſitionibus, quæ non neceſſariæ ſunt, cõponitur, demonſtratio nõ eſt. Alterum, vt præmiſſæ cauſa ꝓpria concluſionis ſint; id eſt, in præmiſſis contineatur cauſa vera, propter quam concluſionis prædicatum ſubiecto ineſt. Propter hæc igitur duo, iſta demõſtratio eſt; Omne cõpoſitum ex contrarijs corruptibile eſt, Omne mixtum corpus eſt ex cõtrarijs cõpoſitum, ergo Omne mixtũ corpus corruptibile eſt. Omnes enim hæ propoſitiones neceſſariæ ſunt, & cauſa, quare corpus mixtum corruptibile eſt, in præmiſſis exprimitur, nempe quia ex contrarijs compoſitum eſt. Quo fit, vt in Demonſtratione hi termini tres concurrant, Maior extremitas, & hæc eſt aliqua proprietas de ſubiecto mõſtranda; ipſum ſubiectum. Minor extremitas, & cauſa proprietatis in ſubiecto, ipſum Medium. Fit aliquando demõſtratio, cum mediũ eſt aliquis effectus, ſed hæc non ſimpliciter demonſtratio dicitur. Hic Syllogiſmus qui demõſtratio ſimpliciter dicitur, eſt adeo efficax, & validus, vt non quamcunq; cognotionẽ Concluſionis demõ

ſtratæ efficiat;ſed clarã certã,ac infallibilem,quæ dicitur Scientia ; ac propterea Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire,& Scire propriè, eſt rẽ neceſſariã per propriã cauſam cognoſcere.Syllogiſmus Dialecticus,eſt Syllogiſmus ex probabilibus cõfectus.Nõ oportet autẽ vt ſemper ex vtraque præmiſſa probabili procedat,aliquãdo enim ex vtraque probabili fit, vt Omne bonũ eſt amplectẽdum,Labor eſt bonus, ergo eſt amplectendus.Aliquando fit ex vna probabili, ex altera neceſſaria,vt Omnis virtus eſt anteponẽda diuitijs, Iuſticia eſt virtus,ergo Iuſtitia eſt anteponẽda diuitijs.Maior probabilis quidẽ,Minor tamẽ neceſſaria,ſicut homo eſt animal.Hic Syllogiſmus non eſt adeò efficax,ſicut prior, nõ enim ſcientiã concluſionis facit,ſed opinionẽ, id eſt, cognitionem quandam nõ admodum clarã,certã,& infallibilẽ ſecũdum quam aliquãdo decipi poſſumus.Quod enim opinione tenetur,errori expoſitum eſt. Tali ſyllogiſmo vtimur circa quãlibet quæſtionẽ dubiam,ſeu problema,probabiliter partem vtranque probando.Eſt enim Problema, quæſtio ; ſeu interrogatio contradictionis alicuius vtramque partẽ amplectens;vt an diuitiæ ſint bone,nec ne, an ſcientia præſtet ſanitati nec ne, an honor ſit anteponendus famæ nec nè . Horum vtramque partem probabiliter Dialectico ſyllogiſmo diſ-
puta

putamus. Quædam enim Logicæ pars, quæ Topica dicitur, ab alijs autem Dialectica, methodum, & viā docet probabiliter circa quamlibet problematis partem disputandi, in qua quædam cõmunes regulæ, & Notæ continentur, ex quibus argumētorũ copia suppeditatur, quæ in præsenti breuiter & clarè tradenda suscipimus.

Quid Locus & quotuplex in gen̄rali Cap. III.

LOCVS est argumenti sedes, Analogia seu similitudine sumpta à lococorporum. vt enim locus continetcorpus, ita id à quo argumēta extrahuntur tanquā in eo cõtenta, locus dicitur. Ideo aliter etiā definiri solet, nempè Locus est id, à quo ad propositam quæstionē conueniens trahitur argumētum. Præterea, quemadmodum res occultæ, & absconditæ maximè loci in quo sunt, ostēsione inueniuntur; ita argumenta his, quoslocos vocant, cognitis apparent, ac propterea loci dicuntur. Vnde definiri etiā solet. Locus est nota communis, cuius admonitu, quid in vnaquaq; re probabile sit, inueniri potest; ac si clarius dicere tur. Est signũ quoddā cõmune argumenta ostendens, quibus probabiliter circa res disputare possimus. Tandē quemadmodũ in locis varijs, varia procreantur, & pro locorum diuersitate diuersa

producuntur,ita non omnia arguméta, quæ circa res fiũt,ab eodẽ fonte procedũt,ſed à diuerſis; ac ideo hæc Loca vocãtur. Locus duplex ẽ,alter, qui dicitur Maxima, alter Differentia Maximæ. Locus maxima eſt propoſitio vniuerſalis per ſe probabilis,cuius veritati multæ argumẽtationes Dialecticæ innituntur. V.g. fiant iſtæ argumentationes. Planta eſt viuens, ergo Planta eſt corpus animatum. Iuſtitia eſt virtus,ergo Iuſtitia eſt habitus bonus. Concha eſt animal,ergo Eſt viuẽs ſenſibile,omnes hæ,& ſimiles,bonæ ſunt. Quod ſi petas;cui innituntur omnes hæ;reſpõdere oportet, has omnes huic inniti principio. De quocunque prædicatur definitio,de eodẽ & definitum poteſt prædicari. Talis propoſitio Maxima dicitur. Aduerte igitur partes definitionis; Dicitur propoſitio vniuerſalis quid Maxima non ſolum & pvna aut altera argumentatione; ſed pro multis circa quancunque materiã,vt ſecundũ prædictã maximam poterit argumẽtari in omnibus diffinitionibus quarũcunque rerum. Additur,per ſe probabilis;quia tales Maximæ Dialecticè non probãtur, cũ nullam illis probabiliorem aſſumere poſſimus propoſitionẽ,ad earũ probationẽ;ſed per ſe ſunt probabiliſſimæ, & multæ ex eis ſunt neceſſariæ. Additur vltimo;cuius veritati multæ argumentationes Dialecticæ innitũtur;vt intelligas,has Maximas

ximas nō esse sumendas vt partes argumētationum, tanquā maiorem, aut minorē; sunt enim extrinseca principia, quæ argumentationē non de necessitate componūt, sed ipsam corroborāt, & probare faciūt, quibus sublatis tales argumentationes nullius prorsus pōderis essent, ac propterea Maximæ dicūtur, quasi supra Minores & Maiores, quæ sunt Syllogismorū partes. Locus differētiæ Maximæ est is, quo inter se plures maximæ distinguntur & separantur, nō enim omnes sunt eiusdē rationis, quædā enim argumenta vnius rationis, quædā alterius procreāt, vnde variè denominātur, ac tales denominationes dicūtur loci differētiæ maximæ, vt à Contrarijs dicitur locus, à quo ducuntur argumēta probātia rē per sua contraria, à Definitione, à quo ducuntur argumenta probātia per definitionē. similiter à Causis ab Effectibus. &c. Sicut autē sub vna maxima multæ argumentationes cōcludūtur; ita & sub vna differētia maximæ plures maximæ continētur, vt sub hoc loco à Definitione cōtinētur plures maximæ nempè. De quo prædicatur definitio, etiā definitū. Quod prædicatur de definitione, etiā de definito, & aliæ, de quibus dicemus. Vt autē quomodo has differētias liceat sumere cognoscamus, tres termini in his argumētationibus sunt aduertēdi. Medius, Minor extremitas, & Maior. Hi autē co-

gnoſcuntur, ſi talis argumẽtatio, quando ſyllogiſmus non fuerit, ad eum reducatur, cũ enthymemata, & inductiones ad ſyllogiſmi formã reduci queãt vt Ariſt. docet. V.g. Animal rationale eſt riſibile, ergo Homo eſt riſibilis. Riſibile eſt maiorextremitas; animal rationale terminus eſt medius; homo verò minor extremitas. Vt autẽ locum, à quo argumentũ procedit cognoſcamus, inſpiciẽdus eſt terminus Medius, & ab eo denominãdus eſt locus; vt ſi inferens eſt definitio, locus dicetur à Definitione; ſi definitũ, à Definito, ſi cauſa, à cauſis, ſi effectus, ab Effectibus & ſic de reliquis. Locus differẽtiæ maximæ triplex eſt in generali. Interno, Externo Medius. Internus ẽ, à quo ducũtur argumẽta probãtia quæſtionẽ p̃ ea, quæ ſunt ſubſtãtia rei, vt per definitionẽ, per definitũ, vel per ea, quæ comitantur ſubſtantiã rei. Externus eſt, à quo argumenta petũtur, quæ probãt rem per extrinſeca, & repugnantia. Medius, à quo argumenta ſumuntnr, quæ rem per ea, quæ nec omnino intrinſeca, nec omnino extrinſeca ſunt, probant, de quibus ſigillatim eſt dicendum.

De loco intrinſeco. Cap. IIII.

LOCVS intrinſecus duplex ẽ. Alter à ſubſtãtia rei Alter à Concomitantib. ſubſtantiam. Locus à Subſtantia eſt à quo argumenta ducuntur,

tur,quæ rē per ea,quæ sunt substantiæ ipsius, vel eam significant,probant. Est autē locus triplex,à Definitione,& definito,à Descriptione & discripto,ab Interpretatione & interpretato. Locus à Definitione est,habitudo definitionis ad definitū secundū quā definitio ipsum definitum fert semper secū. Vocamus autē hic definitionē,orationē explicantē naturam rei per ea, quæ sunt de substātia ipsius;qualis est definitio,quæ datur per genus,& differentiā, vel per eas partes,quæ sūt rei substantia. Ab hoc autem loco sumūtur quatuor modi argumētandi,quatuor Maximis innixi;duo ex parte subiecti quæstionis,duo ex parte prædicati,vt sit quæstio,an Iustitia sit virtus;potest primò probari affirmatiuè ex parte subiecti,ponendo ipsius definitionē,scilicet,Habitus tribuēs cuiq; quod suū est,est virtus,ergo Iustitia est virtus. Alter modus est negatiuus ad probandā oppositā partē adhuc ex parte subiecti;Habitus tribuēs cuiq; quod suū est,non est vitium,ergo Iustitia nō est vitiū. Prior fūdatur in hac Maxima. Quicquid prædicatur affirmatiuè de definitione affirmabitur de definito. Posterior in hac, Quicquid negatur de definitione,negatur de definito. Alij duo modi sunt ex parte definitionis prædicati, alter affirmatiuus,sic,Iustitia est habitus bonus, ergo Iustitia est virtus;Alter negatiuus idem negādo.

Eſt autē maxima prioris. De quo affirmatur definitio, affirmatur definitum: poſterioris verò, à quo negatur definitio, etiā definitum negatur. Aliquādo conuerſo modo, per definitum definitionem probamus, & locus dicitur à Definito; & ſūt tot modi argumētādi fundati eiſdē maximis mutando terminos, nempè. Quod affirmatur de definito, etiam de definitione: Quod negatur ſimili ratione. Idem ex parte prædicati. Locus à Deſcriptione eſt ſimilis ferè loco à definitione, hoc vno dempto, quod loco definitionis ſumimus deſcriptionē, & locus à definito ſimilis eſt loco à deſcripto. Vocamus autē Deſcriptionē, orationē explicantē rem non per differentias ſubſtantiales, ſed per accidētia propria, quæ paſſim ponūtur loco differentiarum, cum differentiæ ipſæ in plurimū occultæ ſint, quo definiendi genere ferè ſemper oratores vtuntur, definiunt enim, ſeu deſcribunt hominem eſſe animal bipes, magni cerebri, erecta facie. Sunt ſimiles modi argumentādi, ſimiles etiā maximæ mutatis terminis. Tertius locus ab Interpretatione. eſt autē Interpretatio non rei, ſed nominis explicatio, vt Philoſophus eſt amator ſcientiæ; Theologus, qui de Deo loquitur, & ſimiles, quæ cum ſuo interpretato recurrunt, et conuertuntur. Sunt autē & in his ijdem argumentādi

modi,& maximæ terminis mutatis, quas omnes maximas describere,lectori erit facillimum. Ad hos locos descriptos reducũtur alij, quia modus idem argumentandi est. Sub loco à Definitione ẽ locus à differentia,sub locò a Descriptione locus à Proprio,sub loco ab interpretatiõe,locus à Synonymis,& locus à Conuertibilibus: Synonyma dicuntur diuersæ voces eandem prorsus rem significantes,vt ensis,& gladius. Cõuertibilia verò, quorum vnum de altero ad inuicẽ vniuersaliter prædicatur, flebile,risibile, omne enim flebile est risibile,& omne risibile est etiam flebile: sunt etiã in his eædẽ maximæ,quæ sunt in Interpretatione

De locis à Cõcomitãtibus sũbstãtiã.

De loco à Toto. Cap. V.

LOCVS à Concomitantibus substantiã est,à quo argumenta trahimus per ea,quæ rem ipsam antecedũt,comitãtur,aut sequuntur,nõ sunt autẽ rei substantia. Est autem vnus ex his locus à toto,& partibus,à quo argumẽta ducimus partes per totum,aut totum per partes probantia. Sex autẽ modis Totum aliquod est. Totũ Vniuersale,totũ in Quantitate,totum Integrale,totũ in Modo,totum in Loco,Totum in tempore. Totum Vniuersale vocatur quodcunq; superius

prædi

prædicatum respectu inferiorum, quæ partes subiectiuæ dici solēt, vt animal respectu hominis, leonis, & aliorum, homo respectu indiuiduorū. Est autē à toto vniuersali modus argumentandi quadruplex. Primus ex parte subiecti affirmatiuus, à toto ad singulas partes disiunctiuè, vt elementū est leue, ergo aqua vel terra, vel aer, vel ignis est uis, huius Maxima. Quod de toto vniuersali affirmatur, de aliqua eius parte affirmabitur. Secundus ex parte prædicati etiā affirmatiuus, à toto ad partes disiūctiuè, vt cibus ē bonus, ergo vtilis, aut honestus, aut delectabilis. Maxima. De quo totūvniuersale affirmatur, & aliqua eius affirmabitur pars. Tertius ex parte subiecti negatiuus, à toto ad partes etiā disiunctiuè, vt animal non est expers rationis, ergo vel homo vel brutū non est expers rationis. Maxima. Quod negatur de toto negatur de aliqua parte. Quartus negatiuus ex parte prædicati à toto ad singulas, aut oēs partes copulatiuè, vt negligētia nō est bona, ergo nec honesta, nec vtilis, nec delectabilis. Maxima. A quo remouetur totū vniuersale, remouētur singulæ ipsius partes. Solet etiā argumentū sumi abhuius modi partibus ad totum, ac sunt totidē argumētandi modi, Primus ex parte subiecti affirmatiuus a singulis partibus ad totum. Temperan-

tia est amanda, ergo virtus est amanda. Maxima. Quod affirmatur de parte subiectiua, affirmatur de toto. Secundus similis ex parte prædicati affirmatiuꝰ à parte, ad totũ, labor est vtilis, ergo ẽ bonus. Maxima De quo affirmatur pars subiectiua & eius totum affirmabitur. Tertius ex parte subiecti negatiuus à singulis partibus ad totũ, equus non intelligit, ergo animal nõ intelligit. Maxima. Quod negatur de parte subiectiua etiam de toto negabitur. Quartus ex parte prædicati negatiuus, à negatione omnium partiũ copulatiue ad negationẽ totius, vt, planta nec est ignis, nec aer, nec aqua, nec terra, ergo non est elemẽtum. Maxima. A quo partes omnes subiectiuè remouentur, & totum remouebitur.

De toto in Quantitate.

TOTVM in Quantitate vocatur superius aliquod cũ signo vniuersalitatis aut particularitatis, vt si dicas, omne animal, nullũ animal, vel aliquod animal, & ab hoc multiplex trahitur argumẽtũ: ostendamus primò in toto vniuersali, Est primus à parte subiecti affirmatiuus à toto ad singulas partes, vt omne animal est sensibile, ergo cõcha est sensibilis, & spongia est sensibilis & reliqua. Maxima. Quod de toto in quantitate vniuersa-

uersali affirmatur, & de singulis partibus affirmabitur. Secundus ex parte prædicati affirmatiuus, à toto ad singulas partes, vt Homo habet omnē sensum, ergo visum habet. Maxima. De quo affirmatur totum vniuersale in quantitate, affirmantur singulæ partes. Tertius negatiuꝰ ex parte subiecti à toto ad singulas etiā partes, vt nullum animal est sensibile, ergo leo non est insensibilis. Maxima. Quod negatur de toto vniuersali in quantitate, negabitur de singulis partibus. Quartus ex parte prædicati negatiuus, à toto ad singulas partes, vt lapis nullū habet sensum, ergo non habet visum. Maxima. à quo totum remouetur vniuersale in quantitate, & singulæ partes remouebuntur. A partibus etiā ad huiusmodi totū trahitur argumentū, Primus affirmatiuus ex parte subiecti, ab omnibus partibus copulatiuè ad totum, vt aqua est corpus simplex, terra est simplex, aer ē simplex, ignis est simplex, ergo omne elementum est corpus simplex. Maxima. Quod de omnibus partibus prædicatur, etiam de ipso vniuersali in quantitate affirmabitur. Secundus ex parte prædicati affirmatiuus, etiā ab omnibus partibus ad totum; vt homo habet visum, auditum, gustū, & reliquos, ergo habet omnē sensum. Maxima. De quo omnes partes affirmantur, & ipsum totū in

quantitate vniuersale. Tertius ex parte subiecti negatiuus, ab omnibus partibus ad totum copulatiuè, vt homo non caret sensu, & brutum nõ caret sensu, & omnia inferiora, ergo nullũ animal caret sensu. Maxima. Quod negatur de omnibus partibus, etiã vniuersaliter de toto in quantitate negabitur. Quartus ex parte prædicati ab omnibus partibus ad totum, vt lapis non habet gustũ, nec auditum, nec visum, nec reliquos, ergo nullũ habet sensum. Maxima. De quo omnes negantur partes, & ipsum totum negabitur. Alterum totũ est particulare, vt aliquod animal, & in hoc sunt similes argumentandi modi qui erant in toto vniuersali, nam indefinitum quod totum vniuersale ẽ, æquiualet particulari, propterea nõ repetũtur

A toto Integrali.

TOTVM Integrale est, corpus aliquod respectu partium quãtitatis, vt domus respectu fundamenti, & reliquarum partiũ huiusmodi & animal respectu capitis, pectoris, ventris, & cæt. Hæ autem partes in duplici sunt differentia, quædam enim necessariæ, quædã non necessariæ sunt Necessariæ dicuntur, sine quibus totum consistere nequit, vt hominis necessariæ, partes sunt, caput,

put,cor,pectus.Non necessariæ vero dicuntur, sine quibus totum ipsum potest consistere,quemadmodum digitus,nasus,aures, non sunt animalis necessariæ partes. Argumēta à necessarijs partibus solùm ducimus.Est autem Primus argumētandi modus ab affirmatione totiꝰ integralis ad omnes simul,& per singulas per se eius partes necessarias,vt est homo,ergo pectus habet,cor habet,& similia.Similiter, Deus gubernat vniuersum,ergo & homines gubernat,Maxima. Posito toto integrali,ponuntur partes necessariæ. Alter modus est,a totius negatione, ad negationē partiū omniū disiunctiuè,vt non est domus,ergo vel nō est fundamentū,vt non est tectū,vel deest aliqua alia pars necessaria. Maxima. Ablato toto, aufertur aliqua pars necessaria. A partibus ad totū sunt alij duo argumētandi modi. Alter affirmatiuus ab omnibꝰ partibus necessarijs ad totū,vt ē cor,est pectus,sunt intestina,& reliquæ partes necessariæ,ergo est animal. Maxima. Positis omnibus partibus,ponitur totū. Alter modus est a negatione vniꝰ partis principalis ad negatiōe totiꝰ vt nō est fundamentū,ergo non est domus. Maxima. Ablata vna parte necessaria, aufertur totū.

De Toto in Modo.

TOTVM in Modo vocamus quodcũque vocabulum respectu sui ipsius cum aliqua restrictione sũpti, quod Pars in Modo dicitur. vnde homo, totum in modo, homo doctus, pars in modo. Oportet autem cõsiderare, vt talis restrictio non sit distrahẽs, aut diminuens significationem totius, tunc enim nõ erit pars, aut totum, vnde leo marmoreus, homo pictus, albũ secundum dentes, nõ sunt partes in modo. Sumitur autem in his argumentum, & à toto, & à parte. Primus à toto ex parte subiecti affirmatiuus, à toto ad partem, vt omnes homines appetũt scire, Maxima. Quod de toto in modo vniuersaliter prædicatur, etiam de parte affirmabitur. Secundus ex parte prædicati affirmatiuꝰ, à toto ad partem vt Deus fecit cuncta animalia, ergo fecit animalia terrestria. Maxima, De quo totum in modo vniuersaliter affirmatur, etiã pars affirmabitur. Tertius ex parte subiecti negatiuꝰ, à toto ad partem, Nullus homo est odio habẽdus, ergo nec homines inimici sũt odio habẽdi, Maxima. Quod negatur de toto vniuersaliter, & de eius parte negabitur. Quartus idem ex parte prædicati, Deus nullos homines vult perire, ergo non vult homines peccatores perire, sed vt conuertantur. Maxima. De quo totum vniuersaliter negatur, etiam

pars in modo negabitur. In his omnib9 modis obseruandũ est, & semper obseruari debet, vt quoties à toto hoc ad partes argumentati fuerimus, semper totum cum vniuersalitate sumatur, oppositum fiet, cùm à parte in modo ad totum ducatur argumentum. tunc enim totum particulariter sumere oportet. A parte similiter argumẽtamur ex parte subiecti, & ex parte prædicati affirmatiuè, & negatiuè. Sunt enim maximæ. Quod affirmatur de parte in modo, & de eius toto particulariter sumpto, & De quo affirmatur pars in modo, etiam totum particulariter, & Quod negatur de parte in modo, & de toto, & De quo negatur pars, etiam totum, particulariter tamen.

De Toto in Loco, & toto in tẽpore.

TOTVM in loco, est aduerbium tempus vniuersaliter significans, vt, vbique, nullibi, nusquam. Totum in tempore, est quod tempus vniuersaliter significat, vt Nunquam, semper, & similia. In vtroque autem toto valet ad singulas partes tam affirmatiuè, quam negatiuè, vt vbique ẽ Deus, ergo in deserto est Deus: vbique sunt animalia, ergo in India sunt animalia: nullibi est chymera, ergo in Hispania nõ est chymera. Similiter in tẽpore, semper Deus fuit, ergo fuit Deus olim: nun

nunquam lapides sentiẽt, ergo nec post mille annos sentient. A Parte verò etiam valet, a singulis enim partibus ad totum valet, sed non omni modo, sed à Parte affirmatiuè ad negationem totius negatiui, & à Parte negatiuè ad affirmatiui negationem, vt, hic est Petrus, ergo nō nullibi est Petrus Romæ non est Rex, ergo nō vbique est Rex: cras non legam, ergo nō semper legam: cras legã, ergo nonnunquã legam. Quod si omnes partes sumamus, tunc valebit ab omnibus partibus simul ad suum totũ, sicut in alijs vniuersalibus, vt Deus est in cælo, in terra, in mari, & alijs locis, ergo est vbique. Idem in negatiuis, & alijs etiã totis, Maximæ sunt. Posito toto in loco, vel in tempore, ponuntur singulæ partes. Posita vna parte, remouetur totum oppositum parti. Positis omnibus partibus, ponitur illarum totum, possent etiã aduerbia, tempus & locum particulariter significãtia, dici totum, vt alicubi, aliquando, in quibus sunt ijdem modi argumentandi, qui in toto vniuersali & indefinito.

De Loco à Causis. Cap. VI.

LOCI argumentandi à Causis ferè inter omnes præcipui sunt, ac meritò inter internos numerantur, cùm causæ maximã cum rei sub

stantia

ſtantia affinitatem habeant, adeo, vt per eas optimè res definiri valeant. Eſt autem Cauſa id, ad cuius eſſe aliud ſequitur, vt ignis Cauſa eſt caloris, quippe ad ipſi) eſſe calor ſequatur. Quadruplex autem eſt genus cauſæ. Efficiens, Materialis, Formalis, & Finalis, dequarum ſingulis ordine trademus loca, & argumentandi modos.

A Cauſa efficienti.

CAVSA Efficiens, eſt id, à quo primo incipit motus, & operatio. V.g. ignis calefacit aquã, motus huius initium fuit ignis, ignis eſt Cauſa Efficiens. Cauſa efficiens diuidi ſolet in Neceſſariã, & Sufficientem. Neceſſaria ea vocatur, à qua ita procedit effectus, vt non poſſit poſita cauſa non procedere, nec ab alia cauſa talis effectus poſſit prouenire, vt ſolis præſentia eſt cauſa diei, poſita enim præſentia Solis nõ poteſt non eſſe dies, nec dies ab alia cauſa prouenire poteſt, quàm ab illo. Altera cauſa eſt ſufficiens, quæ ſuum effectũ ſemper producit, quamuis effectus poſſit ab alijs cauſis prouenire, vt iugulatio eſt cauſa mortis, & ignis cauſa caloris, tamen hi effectus ab alijs poſſunt prouenire cauſis: multa enim calorem producunt præter ignem, & mortem efficiunt præ-

ter iugulationem. Iterum Causa duplex est; quædam Actu, quædam Potentia. Causa Actu é, quæ operationem ipsam effectus significat, vt ædificãs domificans, calefaciens. Potentia verò, quæ non talem actum importat, vt domificator, calefactiuum, ædificatiuum. Iuxta has distinctiones sunt quatuor modi vulgares argumentandi. Primus à Causis Necessarijs & effectibus affirmatiuè & negatiuè. V.g. Sol lucet, ergo dies est, & ecõtra dies est, ergo Sol lucet. erit cito interpositio terræ inter Solem & Lunam, ergo erit citò Eclipsis, & econtra. Similiter negatiuè non lucet Sol, ergo nõ est dies: non est dies, ergo non lucet Sol in Emisphero. Maximæ horum sunt. Posita causa necessaria ponitur effectus, & posito effectu ponitur talis causa. Ablata causa aufertur effect9, & ablato effectu aufertur causa. Secũdus locus a causa sufficienti ad effectum valet affirmatiuè, ab effectu vero solùm negatiuè, vt Est iugulatus, ergo interijt: Est ignis, ergo est calor. Ab effectu, Nõ interijt, ergo non est iugulatus. Non est calor, ergo non est ignis. Maximæ. Posita causa sufficienti ponitur effectus. Ablato effectu aufertur causa sufficiens. Tertius à causa Potentiali ad possibilitatem effectus valet affirmatiuè, ab effectibus verò existentia, ad præ existentiam causæ, vt domificator,

tor est,ergo possunt fieri domus.Domus existit, ergo domificator fuit.Hic aduerte à causa ad effectum non valere simpliciter,quia plura sunt necessaria,quàm domificator,vt possit domus fieri, nempè materia,& forma,& finis, sed valet positis alijs necessarijs.Maximæ. Posita causa potentiali cum alijs requisitis possibilis est effectus, & posito effectu necessario præcessit causa. Quartus à causa Actuali ad effectum,& econtra valet affirmatiue,& negatiuè,sed ex parte effectus cū verbo denotante operationem, vt ædificans est, ergo ædificium fit,ædificium fit,ergo ædificās est, similiter negatiuè, Maximæ. Operante causa fit effectus;Cessante causa non fit effectus,& cōtrà. Præter hos modos vulgares sunt alij vtiles admodum,cum enim omnis causa efficiens effectū sibi in eo,quo potest,assimilari studeat,probabiliter, quæ insunt causis atribuimus effectibus,& econtra,vt mundus est factus à Deo, ergo bonus est, liber iste ē ab Aristotele editus,ergo Philosophia bona refertus est.A magistris peritissimis didicit iste literas,ergo maximè peritus est, non est domificator peritus,ergo non erit domus pulchra, non conuersatur cum bonis,ergo non est bonus.

A causa Materiali.

MATE

MATERIALIS causa est, ex qua in existẽtia aliquid fit, sunt enim duo necessaria ad materialẽ causam; alterum, vt ex ea aliquid fiat; alterum, vt ita ex ea fiat, vt anumeretur ipsa intra id, quod fit, quo pacto ex terra dicimus fieri vasa, & ex lignis & lapidibus domũ. Materia duplex est, altera permanens, altera transiens. Permanens est, cuius substantia in re effecta manet, vt lignum materia permanens est cathedræ, quia facta cathedra adhuc manet in ea lignum. Transiens verò, cuius substantia non manet, vt farina & aqua sunt materia panis, sed facto pane iã non est farina aut aqua. Sunt autem communes argumentandi modi. Primus à materialis causæ siue permanentis, siue transeuntis affirmatione, ad effectus possibilitatem, vt farina & aqua sunt, ergo panis potest esse; lignum est, ergo potest fieri cathedra; quamuis non simpliciter valeat, cùm pluribus causis opus sit. Secundus locus à causis istis negatiuè, sed non simili modo, sed à permanenti cum simplici verbo, non est ferrum, ergo nõ sunt arma ferrea. A transeunti verò cum præteritiverbo ad præsentiam effectus, vt non fuit farina, ergo non est panis, valebit tamen in præsenti, quando est verbum significans operationem effectus, vt, non est farina, ergo non fit panis. Maximæ horum

rũ sunt.Posita materiali causa possibilis ẽ effect9 Remota materia permanẽti,remouetur effectus Non præcedente materia transeunti nullus sequitur effectus.Tertius modus est ab Effectu,in Permanenti valet affirmatiuè,non autem negatiuè, vt sunt arma ferrea,ergo est ferrũ. Negatiuè non valet,non sunt arma,ergo non est ferrum.In trãseunti negatiuè nonvalet,affirmatiuè verò sequitur causam præcessisse,vt panis est,ergo fuit farina.Præter hos vulgares modos arguendi sunt alij vtiles,nempè prædicare proprietates,quæ insurgunt,ac proueniunt ex varijs materijs,remouere etiam quæ diuersæ sunt vt homo est ex terra factus,ergo est corruptibilis;domus cõstat ex lapidibus,ergo durabilis est;gladius est ex plũbo, non igitur acutus est,& ad hunc locumpertinent argumenta,quæ trahũtur ex locis,& diuersa natura locorum,vt pisces in aquis degunt,sunt igitur humidi,natus est in Germania,ergo strenuus est,& alia similia,quorum vsus est frequens.

A Causa Formali.

CAVSA formalis est,qua res habet aliquod esse,vt albedo est causa formalis albi,& anima animalis.Hæc duplex est,altera Accidentalis quale est omne accidẽs respectu proprijsubiecti, quod

denominat; altera subst antialis, quales sunt formæ quæ faciunt substantias, vt anima hominis, anima leonis, forma ignis, & similes. Locus est facilis à causa ad effectū affirmatiuè & negatiuè, & ab effectu etiā ad causam, vt albedo inhæret, ergo album est, non inhæret, ergo non est album, & è contra. Maximæ. Posita vel ablata causa formali, ponitur vel aufertur effectus, & è cōtra. In hac est peculiaris argumentandi modus, pertinet tamen ad locum à Cōiugatis, propterea illic explicabitur.

A Causa finali.

FINIS est, cuius gratia aliquid fit, vt sanitas finis est medici, ipsius enim causa medicus remedia adhibet. In hac est vulgaris modus argumētandi, à fine bono, vel malo, ad bonitatem vel malitiam rei, dummodo sit finis per se, id est, ad quem res secundum se ordinata, valet enim; frui Deo bonum est, ergo & eius mandata obseruare bonum, est occidere, malum est, ergo insidias parare malum est. Dico, quando finis est per se, nam si quis furetur vt faciat eleemosynam, furare nō est bonū, quamuis finis sit bonus, quia talis finis non est per se ipsum furti. Sunt tamen alij valdè vtiles modi argumentandi in hac

causa

causa. Primus, cuius finis bonus, & id bonum, cuius finis melior, & id melius, cuius optimus, & id optimum, vt melius est recteviuere, quàm multa cognoscere, ergo melior scientia est ipsa virtus. Optima naturalium cognitionum, est cognitio substantiæ primæ, ergo Metaphisica est prima & optima scientiarum naturalium. Idem etiã valet opposito modo de malo, cuius finis peior aut pessimus, id peius est aut pessimũ. Hinc iste locus plurimum valet ad persuadẽdum, cum voluntas maximè in bonum inclinetur; & à malo auersetur. Secundus qualis est finis, tales & debent aliæ tres causæ admoneri, ex quo colligimus proprietates reliquarũ causarum secundum finis proprietatẽ, vt domus debet nos defendere à ventis, debet ergo ex lapidibus fortibus constare, pater intendit benè filium educare, debet ergo bono magistro committere eum, gladius secare debet, oportet ergo vt sit acuta acie, huiusmodi sunt innumera argumenta. Tertius, qualis est finis, talia debẽt esse media ad finem, vt Vis ad vitam ingredi, oportet ergo seruare mandata Dei, scientia præditos esse oportet, studijs ergo & vigilijs incumbendũ est. Quartus, à fine, remouenda sunt media extranea, & deformia ei, vt studeo sapientiæ, non ergo est nihil otiandum. vir bonus aspirat ad felicitatẽ

R non

non ergo voluptatibus carnis se debet obruere. Secundum hanc normã innumera sumuntur argumenta.

De loco à Generatione, & corruptione, & ab Vsu. Cap. VII.

LOCA hæc proxima causis sunt. Est autẽ Generatio, vt communiter explicemus, rei productio; Corruptio verò, rei destructio. Vsus autem, secundum quem rebus vtimur. Est locus à Generatione affirmatiuus. Cuius generatio est bona, & ipsum bonum, & econtra, similiter circa malum. Cuius generatio est mala, ipsum est malũ & econtra: Per bonum autem & malum intelligimus reliqua nomina similes qualitates significãtia, vt Christi natiuitas bona fuit, & Christus ipse bonus fuit, peccatum malum fuit, ergo & ipsum committere malũ fuit; Alter locus à Corruptione. Cuius corruptio bona, ipsum malum, & cuius corruptio mala, ipsum bonum, equum est latrones suspendi, ergo latrones iniqui sunt. impiũ fuit Christum occidisse, ergo Christus innocens fuit. Hic autem attendamus, vt bonum, & malum per se sumamus, aliter enim nõ valebit argumẽtum, non enim valet, vtile nobis fuit Christum mori, ergo Christus inutilis fuit, quia non sumimus id quod

quod est per se mors enim,vt mors est,nõ est vtilis,nec qua parte homines Christum occiderunt bonum fuit,sed ex ipsius beneplacito,qui morte sua nos redemit. Tertius locus est ab vsu, cuius vsus bonus,aut malus,& ipsum bonum, aut malũ est,& econtra,dummodò vsum, non autẽ abusum sumamus,vt lætificare cor,stomachũ roborare bonũ est,ergo & vinũ bonum est, non tamẽ valet,occidere amicum,malum est, ergo gladius malus est,hic enim non vsus,sed abusus est.

A Communiter accidentibus.

COMMVNITER accidẽtia vocãtur, quorum vnum cum altero cõiungitur, siue vnũ antecedat,alterũ sequatur,siue simul sint, vt concepisse & parere,floruisse,& habere fructus,esse Irim,& futurã pluuiã,pati verecundiã, & rubescere.Hæc autẽ sunt in duplici differentia.Quædã quorũ vnũ cũ altero necessario cõiungitur,quãuis nõ cõuertibiliter,vt parere necessario cõiungitur cũ eo,quod est concepisse, non cõtra. Quædã,quorum vnũ cum altero plerumq; coniungitur,vt bachanalia esse & rixas fieri.Tuncvnus argumẽtandi modus in ijs,quæ necessariò cõiungũtur ex parte eius,quod cũ altero iũgitur affirmatiuè,ex parte verò alterius negatiuè,qui modus

est cõsequẽtia necessaria, vt peperit, ergo cõcepit fructus fert, ergo floruit. contra, non cõcepit, ergo non pariet; non floruit, ergo nõ feret fructus. Alter modus est in ijs, quæ plerumque iungũtur, & in his sumitur similis consequentia, sed probabilis tantum, vt bacchanalia sunt, ergo rixæ erũt, non sunt rixæ, ergo non fuerunt bacchanalia. Ad hos argumentandi modos pertinent argumẽta, quæ sumuntur à signis naturalibus physiognomicis, a prodigijs, à portẽtis, & quæ ab augurijs olim sumebantur, quamuis talia argumẽta iã inania & fallacia sint. Reducuntur etiã argumenta, quæ sumũtur ex suspicionibus, à dictis, a factis alicuius quamuis non omnia necessaria sint, aut probabilia.

De Locis Externis Ab Oppositis & Disparatis, Cap. VIII.

NON solùm ab ijs, quæ rei substãtia sunt, vel eã circunstant argumẽta trahimus, sed etiã ab ijs, quæ extranea, & aduersa sunt, ac tales loci Externi dicũtur, inter quos de Oppositis & Disparatis esset modò agẽdum, si in Primo libro abũdè hoc iã nouis auditoribus, quò se in arguendo exercerẽt, nõ concessissemus. Hic solũ Maximas ipsas, & aliquos argumẽtandi modos, quos illic

præ

prætermifimꝰ,aperiemꝰ.Eſt Maxima prima pro Relatiuè oppofitis.Relatiua ſimul ſe ponunt, & ſimul ſe perimũt in proprijs ſubiectis, vt, ſi pater eſt,etiã filius eſt:& ſi pater non eſt, nec filius eſt. Altera in eodẽ ſubiecto ſi vnũ affirmatur,& alterum negatur reſpectu eiuſdẽ termini,vt Petrus ẽ filius Pauli,ergo non eſt eius pater,negatiuè non valet,nõ eſt pater, ergo nõ eſt filius·poteſt enim eſſe,quod nec ſit pater,nec filius.Maxima pro cõtrarijs,& priuatiuis:De quo vnũ affirmatur,& alterum negari debet,vt nix eſt alba, ergo non eſt nigra:homo videt, ergo non eſt cœcus, negatiuè non valet,niſi ſumamus proprium ſubiectum capax talium oppoſitorum,& ſumamus contraria quæ nõ habent medium,tũc enim,de quo negatur vnum,affirmatur alterũ, vt homo nõ videt, ergo eſt cœcus:leo nõ eſt cœcus,ergo videt:aqua nõ eſt calida,ergo eſt frigida: ignis non eſt frigidus,ergo eſt calidus.In Cõtradictorijs, de quo affirmatur vnũ,negatur alterũ,& e cõtrà, vt lapis eſt non homo,ergo non eſt homo;non eſt homo, ergo eſt non homo,præſertim in ſubiectis exiſtẽtibus.In Contradictorijs eſt modus argumentandi à cõtradictorio prædicati, ad cõtradictorium ſubiecti,vt homo animal eſt,ergo non animal nõ homo eſt,& etiã in conſequentijs,vt ſi homo eſt,

animal est, ergo si non animal est, non homo est, quæ cõsequentia dicitur è Contrario. Alter modus in Cõtrarijs, cũ cõtraria prædicata de cõtrarijs vel oppositis prædicamus, vt, Prudentia é virtus, ergo Imprudentia est vitiũ: Virtus est amãda ergo Vitium est odio habendũ, Lumen delectat, ergo Tenebræ contristant, quæ consequẽtia dicitur In ipso, cuius Maxima. Sicut se habet propositum in proposito, ita & oppositum in opposito, vel Contraria de contrarijs prædicantur.

De Loco à Maiori.

MAIVS vocatur id, quod magis probabile, & verũ videtur, vt maius est hominem vincere equum, quã vincere leonem, hoc enim minus est, id est, minus probabile & minus apparens verum. Argumẽtamur à Maiori ad minus negatiuè tripliciter. Primo maiori, & minori positis à parte subiecti, vt Angelus non potest cogere volũtatem hominis, ergo nec Dæmõ. Maxima. Vno de duobus enũciato si cui magis videtur inesse, nõ inest, nec ei, cui minus videtur inesse, inerit; Alter ex parte prædicati positis maiori & minori, vt homo non potest domare equũ, ergo nec poterit subijcere leonem. Maxima Duobus de vno enunciatis, si quod magis videtur inesse, non inest,

ineſt,nec id,quod min9.Terti9 ex parte vtriuſq; extremi,vt Rex non potuit expugnare caſtrũ,ergo nec Dux expugnabit vrbẽ.Maxima. Duobus de duobus enunciatis,ſi quod alteri magis videbatur ineſſe, nõ fuit, ergo nec alteri alterũ,quod minus videtur,inerit.Horum trium maxima cõmunis eſt.Si,quod magis videtur,non eſt verum, nec id quod minus videtur verum erit.

A Minori.

LOCI à Minori ſunt tres, ſed affirmatiui, Prim9 ex parte ſubiecti, vt Dux expulit hoſtes,ergo Imperator expellet. Maxima.Duobus de vno enunciatis,ſi quod minus videtur,ineſt,& id quod magis videtur,inerit.Secũdus ex parte prædicati,vt vicit leonem, ergo vincet equum.Maxima.Duobus de vno enunciatis, ſi quod minus videtur ineſſe,in eſt,& id quod magis videtur, inerit. Tertius ex parte vtriuſq; vt Chriſtus pro nobis grauiſſima tulit tormenta,ergo & nos hæc modica ferre debemus. Maxima. Duobus de duobus enunciatis, ſi quid alteri minus videtur ineſſe,ineſt & alterũ,quod magis videtur,alteri inerit,communis Maxima. Si quod minus videtur,eſt verum,& id,quod magis,

A Simili.

SIMILIA dicuntur, vel quæ aliquam formã eiusdem rationis participãt, vel quæ eandem inter se proportionem habent. V.g. album albo simile est, & homo homini secundum formã, at Dux & Auriga similes sunt secundum proportionem. Vtroque autem modo valet argumentũ affirmatiuè, & negatiuè, vt, Cygnus disgregatvisum, ergo & nix, equus non est particeps rationis, ergo nec leo. Debemus autem sumere similitudinem in eo, ratione cuius prædicatum inest, aliter non valebit, non enim valet, cygnus sentit, ergo & nix, quia quamuis similetur in albedine, tamen albedo non est ratio, qua cygnus sentit. similiter in simili secundum proportionẽ valet, vt Sicut se habet ancilla ad dominam, ita sensus ad rationem. Sed non debet ancilla imperare dominæ, ergo nec sensus rationi. Sicut se habet auriga in curru, ita dux in exercitu, sed auriga attentè, & cautè debet dirigere currũ, ergo & dux prudenter gubernare exercitum. Maxima. Similium & proportionalium idem est habendum iudiciũ. Huic loco adscribitur à Pari, seu Aequali, vt lex est. Qui occiderit patrem, obuolutus corio deijciatur in profluentem, ergo & qui occiderit matrem, est deijciendus, quia par est peccatum. Etiã sunt opposita loca, nempè a Dissimili & dispari,

sed

ſed eorum non eſt admodum frequens vſus, quo rũ Maxima, Diſſimilium, & diſparium diuerſa eſt ratio.

De locis alijs Extrinſecis A Tráſmu tata proportione. Cap. IX.

PROPOSITIS quatuor terminis, duobus prioribus proportionem eã habentibus, quã tertius & quartus habent, eadem proportio primi & tertij, ſecundi & quarti colligitur, atque ta le argumẽtum, à Permutata proportione dici ſo let, quo argumentandi modo frequentius Arithmetici vti ſolent, vt ſicut ſe habent duo ad quatuor, ità & ſex ad duodecim, eſt enim proportio dupla, ſcilicet maior numerus minorem bis continet, ergo, ſicut ſe habent duo ad ſex, ita ſe habebunt quatuor ad duodecim. vtraque enim eſt tripla. præterea ſicut ſe habet homo ad riſibile, ita equus ad hinnibile. in vtraque enim prædicatum de ſuo ſubiecto affirmatur, ergo ſicut ſe habet homo ad equum, ita riſibile ad hinnibile, eſt enim vtraque prædicatio diſparata.

Ab Authoritate.

SOLET ab authoritate argumentum tãtùm duci affirmatiuum, vt Philoſophi docent ele-

menta

menta esse quatuor, sunt igitur quatuor. vocamus affirmatiuum, quādo authoritatem affirmamus, quamuis id, quod probamus, sit negatiuū, vt Philosophi docent cælum non esse corruptibile, cælum igitur non est corruptibile. In hoc loco est latitudo probabilitatis, secūdum maiorem vel minorem authoritatem. Maxima. Exceptio cuique in sua arte credendum est. Super omnes authoritates est diuina, Ecclesiæ reuelata, cui secundum fidem Catholicā assentire tenemur, certior enim est quacunque scientia.

A Transumptione.

TRANSVMPTIO est cùm loco nominis ignoti, aliud idem notius significās sumimus: vt non est sapientis quicquam incōsideratè proferre, ergo nec prudētis, & valet affirmatiuè & negatiuè. Est etiam transumptio, cùm aliquid de aliquo probaturi ad aliud probādum nō strās ferimus, vel propter similitudinem cum illo, vel propter consensum disputantium, vt si quis virtutem multum posse contenderet, ad id de Iustitia probādum se transferret ex consensu respondētis, vel probaturus equum hinnibilē, hominem risibilem probaret, quod alteri simile est, & quamuis sic communiter dici solet, videtur etiam posse dici,

dici, locum a Trāſumptione eſſe à Tranſlatione, nimirum cùm Metaphoris res probamus, & hoc tam affirmatiuè, quam negatiuè, vt leo rugiens eſt timendus, ergo & Diabolus: pater familias eſt amandus & venerandus, ergo & Deus. cani non eſt fidendum, ergo nec aſſentatori.

De Locis Medijs. Cap. X.

LOCI Medij ſunt. à quibus argumenta, quæ nec prorſus extranea, nec prorſus intranea rei ſunt, extrahūtur, vt in ipſorum explanatione patebit, quamuis Cicero cum alijs adnumerauerit, parū autem refert ab alijs ſecernere, vel cum alijs computare, dummodo ipſorum recta explicatio & vſus tradatur,

A Coniugatis.

CONIVGATA dicuntur, quæ ſe habēt ſicut abſtractum & concretum, vt albū, & albedo, Iuſtum & Iuſtitia. Eſt primus locus argumentandi in his prædicādo aliquid denotans bonum, vel malum tam affirmatiuè, quā negatiuè, vt ſanctum eſt obedire, ergo ſancta eſt obediētia; diuitē eſſe non eſt optimū, ergo diuitiæ nō ſunt optimum bonum. Alter modus eſt ſubijciendo, & prædicando in propoſitionibus eſſentialibus, vt album eſt coloratum, ergo albedo

eſt

est coloriijs verò, quæ per accidens sunt, non valet, non enim sequitur, album est dulce, ergo albedo est dulcedo.

A Casibus.

CASVS sūt plura denominatiua inter se ab eadem forma inflexa, vt sapiens, sapienter, iustum, iustè. In his valet etiam affirmatiuè, & negatiuè argumētum, vt iustū est bonū, ergo quod iustè fit, benè fit, sapientē esse optādum est, ergo sapienter agere optandum est.

A Comparatione.

A COMPARATIVO ad positiuum valet argumentum affirmatiuè, quando absoluta est comparatio, vt leo est fortior homine, ergo leo est fortis. Aliquando non est comparatio absoluta, sed relatiua, quomodo vocamus dulcius minus amarum & melius minus malum, & tunc argumentum nō valet. A Positiuo verò valet negatiuè sumpta adhuc cōparatione absoluta, vt formica non est fortis, ergo nō est leone fortior. In his omnibus Maximæ notæ sunt. Valet etiā argumentum ex parte vtriusque extremi à Positiuis, Cōparatiuis, & Superlatiuis, vt obedire sanctum est, ergo magis obedire sanctius est, & maximè obedire sanctissimum est. Hoc autem non

valet in ijs,quæ per accidens sunt,nō enim valet, sciens est studiosus,ergo sapiētior est studiosior, non enim virtus cum scientia per se coniuncta ē, quin possint separari,propterea in similibus istis non valet Maxima.Si aliquid tale ē,& quod magis est,magis tale erit

Ab Oppositione.

EX maxima locus hic notus fit. Si aliquid alicui admotū ipsum facit tale,& ipsum magis erit tale,vel ipsum saltem erit tale, vt paries est albus propter calcē,ergo & calx est alba. Theophrastus est factus doctus,quia audiuit Aristotelem,ergo & Aristoteles fuit doctus. Hic modus non valet.nisi quando subiectum potest recipere tale prædicatum,non enim dices nix est alba propter albedinem,ergo albedo est alba, quia albedo non est aptum subiectum ipsius albi. Valet tamen,diligo hominem propter Deum, ergo magis diligo Deum.Maxima etiam. Propter quod vnumquodq; tale,& id magis,quando potest tale esse,id est, idem recipere prædicatum. Super erat locus vltimus à Diuisione,sed in primo libro de eo,& ipsius maximis diximus. Hi sunt præcipui loci,quos adolescentes exercere erit vtile ante Aristotel.copiosam,& exactam doctrinam.

De

De Syllogiſmorũ fallacijs & erroribus de Syllogiſmo vitioſo. Cap. XI

CVM Syllogiſmi perfectio in recta forma & recta materia conſiſtat, rerumque imperfectio ex eorum, quæ ad perfectionem neceſſaria ſunt defectu, conſurgat, fit, vt in ſyllogiſmo multiplex vitium, & error contingat. Eſt enim quidam error in forma, quando nõ fit ea propoſitionũ diſpoſitio, quæ in libro Quarto præſcripta eſt, quomodo iſte vitioſus eſt. Omnis Prudẽtia eſt virtus. Omnis Tẽperantia ẽ virtus, ergo Omnes Temperantia eſt prudẽtia. Forma enim non eſt bona, cum ſit in ſecunda figura vtraque affirmatiua, quamuis materia recta ſit. Vitium hoc ſimile eſt veſti ex bono panno, male conſtructæ. Alter cõtingit error in Materia, cum forma quidẽ bona eſt, ſed materia inepta & mala. quod dupliciter accidit. Primo, cum materia, quæ nõ eſt neceſſaria vtimur, ac ſi eſſet neceſſaria cõtendẽtes ex ea demonſtrationẽ facere, vt qui ſic ſyllogiſmũ faceret. Omnes lineæ ductæ ab eo dẽ puncto in idẽ pũctũ ſunt æquales. Linea recta nempè chorda & linea arcus ſunt ductæ ab eodẽ puncto in idẽ, ergo illæ ſunt æquales. Conſtat malã materiam eſſe, cum illa maior ſit falſa, & aſſumatur

matur pro necessaria propter similitudinē,quam habet cū necessaria, nam vera,& necessaria ista erat.Omnes lineæ rectæ ductæ ab eodem pūcto in idem punctū sunt æquales.Hoc vitium est contra Demonstrationē. Altero modo peccatur in Materia,cū id,quod non est probabile,sed tantū apparens,sumitur ac si esset probabile,vt Omne quod ridet habet os,Prata rident,ergo Prata habēt os:vbi illa mino apparet probabilis propter æquiuocationē illius verbi ridere, & tamen non est probabilis.Tale vitiū est contra Dialecticū syllogismū simile vesti ex vili panno rectè constructæ.Tertius euenit error in vtroq; simul, nempè in Forma,& Materia,vt Quod mouetur ē sensibile,Cadauer mouetur,ergo Cadauer est sensibile,forma enim huius vitiosa est, cùm sit ex puris particularibus.Materia etiā apparēs est,ex æquiuocatione verbi,mouetur,nā aliquādo pro motu locali,aliquādo pro alteratione,& etiā pro augmētatione sumitur.Licet igitur error tripliciter cōtingat,vel in Forma,vel in Materia siue Necessaria,siue Probabili,vel in Materia & Forma,frequētius tamē in Materia probabili errores accidūt,cū amplior sit,& cōmunior,ac etiā imperfectior sit.ac ꝓpterea error in ea nō ita facilè percipitur.Ex his accidit,vt syllogismus,qui ē instrumentū

mentum cognitionis, & scientiæ. sit erroris & deceptionis causa, quod cuilibet instrumento commune est, rectè enim adaptatus calamo benè scribit ac characteres delineat, si tamen nō rectè aptetur, maculas potius chartæ imprimit. Tali Syllogismo vtuntur qui alios decipere conantur, & qui se potius videri sapientes, quàm esse student, dicti Sophistæ, à quibus etiam syllogismus talis Sophisticus est nuncupatus, cuius errores distrinctè aperire oportet, non, vt eis vtamur alios decipientes, sed vt ab eis caueamus, & similibus hominibus nos eripere valeamus.

De Metis, ad quas Sophistæ conātur disputantes redigere. Cap. XII.

META est scopus & finis, ad quem Sophista fallaci argumento respondentem redigere studet, vt ex tali meta eius victoriam cōsecutum esse circumstātibus appareat. Sūt autem hæ quinque: Redargutio, Falsum, Inopinabile Solæcismus, Nugatio de quarum singulis breuiter ē dicendum,

De Redargutionis Meta.

REDARGVTIO est prænegati concessio, vel præconcessi negatio in eadem disputatione,

tatione, vi argumenti fallacis, id est, quotiescumque cogitur respondens concedere in eadem disputatione contradictorium eius, quod antè concesserat, propter argumenti fallaciam, ac talis Syllogismus fallaciter probans contradictorium concessi dicitur Sophisticus elenchus, quoties enim sine fallacia probatur contradictorium, Verus Elenchus dicitur. Ponitur in eadem disputatione, quia si respōdens admittat id, cuius oppositum in alijs disputationibus præcedentibus tantum defenderit, non est redargutio, nisi id in præsenti disputatione susceperit Dicitur, vi argumēti; quia quando vocibus & importunitate verborum sola, vel alia causa respondens admittit contradictoriū, non est redargutio. V.g. sustinet quis dormientes non videre, fit syllogismus Sophisticus, Omne visum habens, videt, Omnes dormientes visum habent, ergo omnes dormientes vidēt, cogitur vi syllogismi, quia fallaciam illius nominis, visus, ignorat concedere conclusionem, tunc redactus est ad metam redargutionis, & contradictionis.

De meta Falsi.

FALSVM vocatur id, quod omnibus circumstantibus cognitum est tanquam falsum, &

S re

re ipſa falſum eſt,& ad id conatur redigere ſophiſta reſpondentem,vt Homo habet quod nō amiſit,Non amiſit alas,ergo habet alas.

De Meta Inopinabilis.

INOPINABILE eſt id, quod contra circūſtantium opinionem eſt,ſiue ipſum ſit verum, ſiue falſum, ad quod ſophiſta redigere conatur reſpondentem,vt ſaltem apud aſtantes victoriā de eo habuiſſe videatur,vt ſi coram ruſticis Solē maiorem Terra cogeret concedere,hi enim ſicut molarem lapidem eſſe exiſtimant,Similiter ſi coram hominibus vitijs deditis regem poſſe infelicem eſſe conuinceret.

De Meta Sollæciſmi.

SOLAECISMVS eſt vitium in orationis contextu contra regulas Grammaticales,ad quem Sophiſta etiam reſpondentem redigit,nullam enim non intentat viam,qua doctus appareat,& gloriam ab aduerſario aucupetur. Verbi gratia.Omnis homo eſt ſtudioſus ſcietiæ, Omnis mulier eſt homo,ergo Omnis mulier eſt ſtudioſa ſcientiæ.Cogit enim vi Syllogiſmi apparentis,Solæciſmum hunc concluſionis admittere.

De Meta Nugationis.

NVGATIO est eiusdem, & ex eadē parte inutilis repetitio. Dicitur eiusdem repetitio; quia nisi idem repetatur, nugatio no est. Dicitur ex eadē parte; quia si idē in diuersis propositionibus eiusdē Syllogismi repetatur Nugatio non est. Dicitur, inutilis; quia aliquando repetitio Nugatio non est, cum aliquid peculiariter in repetitione donatur, vt virgo virginū sanctus sanctorum. Ad Nugationem autem Sophista redigit aliquando, vt irrideatur respondens à circumstantibus, vt si dicat, Omne simum est nasus simus, Aliquis nasus est simus, ergo Aliquis nasus est nasus simus. Hæ omnes metæ sub vna vniuersali includuntur, quæ dicitur Non ens, id est, quoties respondens cogitur, id concedere, quod non est, vel non apparet esse, vt cōuincatur erroris, & ignorātiæ, quæ circa Nō est versatur, & Sophista ex hoc sapiēs videatur, propterea has fallacias quibus decipere conatur, singulas ostēdamꝰ.

De Fallacia in communi.

Cap. XIII.

FALLACIA non vno modo tātū dicitur aliquādo enim & pro errore, & deceptiōe ex ipso argumēto Sophistico proueniente sumitur, aliquando pro ipsomet argumento, & loco, &

vtroque modo in præsenti vsurpatur. Est autem aduertendum, quemadmodum Dialectici ex suis locis argumenta verè deducentes, probabiliter argumentantur, ac opinionem rerum faciũt; ita & Sophistæ ex eisdem locis sæpè apparenter argumenta extrahentes, & nõ quidem verè, deceptionem faciunt. vt enim Dialecticus argumentatur à superiori vniuersaliter ad inferius, scilicet, Omnes animal sentit, Omnis homo est animal, ergo Omnis homo sentit: ita Sophista argumentatur in apparenti vniuersali. Omnis canis latrat. Sydus cæleste est canis, ergo Sydus cæleste latrat Propterea in Fallacia qualibet duo concurrunt. Alterum illa similitudo apparentis loci ad verũ, quæ mouet intellectum, seu imaginationem ad errorem, & deceptiõis est occasio, & hoc dicitur causa Apparentiæ. Alterum dissimilitudo & differentia vera, quæ est inter vnum & alterum argumentandi modum, quod dicitur causa Nõ existentiæ, vt in illo argumento, causa apparẽtiæ est vox, canis; quæ similatur superiori, & vniuersali. causa verò non existentiæ est eius æquiuocatio, ratione cuius non est vniuersale, quamuis appareat, iuxta has apparentiæ causas distinguntur fallaciæ dupliciter: quædam dicuntur In dictione illæ nempè, quæ suæ apparentiæ causam in ipsis dictio-

dictionibus & vocibus habent; Quædam Extra dictionem, quæ causam apparentiæ non in vocibus, sed in rebus per vocem significatis habent. De ijs igitur, quæ In dictione sunt, primò differamus, quæ sunt sex tantum: Acquiuocatio, Amphibologia, Accentus, Compositio, Diuisio, Figura dictionis.

De fallacia Aequiuocationis.

AEQVIVOCATIONIS fallacia est error, & deceptio proueniens ex vnitate vocis plura significãtis. Causa Apparẽtiæ est vnitas vocis, quã assimilatur voci vniuocæ, ac propterea existimatur, idem esse iudiciũ de vtraque. Causa nõ existentiæ, est dissimilitudo & pluralitas significatorum, quæ in hac inuenitur. Huius fallaciæ triplex est species. Prima, quãdo vox simpliciter est æquiuoca, ex qua fit Syllogismus Sophisticus, vt Omne corpus est substãtia. Trina dimensio est corpus, ergo Trina dimensio est substantia, in hoc est æquiuocatio corporis, quod aliquando compositam substantiam, aliquãdo trinam dimensionem significat, quæ quantitas est. Secunda species est, cum vox est analoga, vt, Omne quod currit pedes habet, Tyberis currit, ergo Tyberis habet pedes. Quod ridet, habet os. Pratũ

ridet,ergo Pratum habet os.Tertia ſpecies,cum variatur ampliatio vel genus,aut alia proprietas Grammaticalis,vt Omne animal eſt coloratum, Mulier eſt animal,ergo eſt coloratum. Quod ſurgebat ſtat,ſedēs ſurgebat,ego ſedens ſtat.

De fallacia Amphibologiæ

AMPHIBOLOGIAE fallacia, eſt error proueniens ex vnitate orationis plures,patientis ſenſus,cuius Cauſa apparentiæ eſt vnitas orationis,Cauſa verò non exiſtentiæ,eſt ipſa ſenſuum multiplicicas,vt, Quicquid eſt Ariſtotelis, poſſidetur ab Ariſtotele.Hæc eſt Logica Ariſtotelis,ergo hæc Logica poſſidetur ab ipſo.Hic varium ille genitiuus ſenſum facit,nam ſignificat habitudinem poſſidentis,& rei poſſeſſæ,ſimiliter & ordinē cauſæ & effectus;& hec eſt vna ſpecies ipſius,quando nempè eadem manet orationis cōſtructio. Altera ſpecies eſt,quando mutatur conſtructio,vt quādo caſus mutatur,ſicut,Quodcūque vides,hoc vides,ſed lignum vides,ergo ligno vides,illud enim,hoc,mutat ſenſum ſi i ablatiuo, aut ſi in accuſatiuo cōſtruatur, vel etiam quādo id,in quod tranſit actio verbi,mutatur in ſuppoſitum,vt Quoſcunque volo me accipere, volo me accipiant,ſed hoſtes volo me accipere, ergo Hoſtes

stes volo me accipiant,hic enim modo appositũ in suppositũ, modò suppositum in appositũ conuertitur.Tertia species, quãdo vna oratio plura significat,sed vnũ principaliter,alterum similitudine quadã,vt,Quoties littus aratur,terra scinditur, Cùm indocilis docetur, littus aratur, ergo Cùm indocilis docetur terra scinditur. illa enim oratio,littus aratur,principaliter significat littus aratro scindi, quadã similitudine verò significat frustra quicquam agere.

De fallacia Accentus.

ERROR iste prouenit,cũ aliqua dictio varia significat ex diuersa pronunciatione spiritꝰ, quantitatis,vel accentus, vt Quicquid hamatur, hamo capitur, Vinum amatur, ergo Vinum hamo capitur.Omnis populus est arbor, Roma est populus,ergo Roma est arbor;dictio enim populus:ex varia quantitate primæ syllabæ varia significat.Prouenit etiam iste error,quando separatur vna dictio in plures, vel ex pluribus fit vna. Sic,quod Deus facit in vite,facit coactè. Racemos Deus facit inuite, ergo Racemos facit coactè,est deceptio,nam sunt duæ partes in minori, nẽpè præpositio in,& ablatiuus, vite; In Maiori autẽ ẽ vna dictio,nẽpè aduerbiũ Similiter. Tu es

qui es. Qui es est priuatio motus, ergo Tu es priuatio motus. Pronenit etiam tertio hæc fallacia, quando cum pronunciatione mutatur gestus, quod fit in Ironijs, mutatur enim sensus per ironicam pronunciationem, vt Quicunque alterū vocat album, ipsum dicit esse albū, sed pueri æthiopem vocant album, ergo pueri dicunt ipsum esse album. Tandem fit ista deceptio cum mutatur diphthongus, vt Quicunque desiderat æquum, desiderat iustum, sed qui desiderat equitare, equū desiderat, ergo Qui desiderat equitare, desiderat iustum

De fallacia Compositionis, & Diuisionis. Cap. XIIII.

TRIA circa fallacias has speculari oportet, primum quid Compositio, & quid Diuisio sit Secundum quid Compositionis fallacia, quid etiam Diuisionis fallacia. Tertio quot harum species. Compositio igitur & Diuisio non vno modo dicuntur. Primò enim Compositio est quoties significatio vnius termini applicatur integræ significationi alterius, vt si dicas, albū potest esse nigrū, si sensus sit albo ipsi, nempè corpori cū albedine simul accidere nigrum, Compositio est. sic autem fit

fit Diuisio cũ nõ integræ,sed parti significationis alterius significatio applicatur,vt si in eadẽ propositione fiat sensus, illud corpus quod albũ est nigrum potest esse,non tamẽ simul cum albedine Diuisio est. Fit etiam altero modo Compositio & Diuisio,cum vna dictio potest construi cũ varijs dictionibus in eadem oratione,si autem cum vna construatur,facit vnum sensum,si verò cum altera,facit alterum sensum,& in hoc talis oratio differt ab amphibologia,in qua eadem seruatur dictionũ constructio,vt quicquid viuit semper erit dictio,semper,potest cõstrui cum verbo viuit & sensum facit verum,potest etiã construi cum verbo erit;& sensum facit falsum,tũc construere talẽ dictionẽ cum ea,cũ qua magis apparet cõstrui Cõpositio est,vt cõiungere cũ verbo viuit;at coniugere cũ eo,cũ quo minus coniungi apparet, Diuisio est,vt si cõstruatur cum illo verbo erit;& in hoc pronunciationẽ, & loquendi phrasim oportebit cõsiderare,fiunt etiã compositio & diuisio tertio modo,vt dicemus in earum speciebus,Circa secundũ fallacia Compositionis & diuisionis, fit cum in consequẽtia aliqua datur antecedens verũ,& consequẽs falsum,eo quod diuisum sensum in cõpositũ,vel cõpositum in diuisum mutamus;non enim licet hos mutare,tunc autẽ fit Cõ

posi-

positionis fallacia peculiariter, cum consequens falsum, quod sequebatur ex sensu composito falso in antecedenti, atribuimus eidem antecedenti in sensu diuiso vero, vel cum conclusionem quæ sequebatur in sensu diuiso vera, sumimus in sensu composito falsam. Exemplum prioris. Omnia quinquæ sunt duo & tria. Quinarius non est duo & tria, ergo Qninarius non est quinque; in hoc syllogismo conclusio est falsa, & sequitur ex antecedenti composito falso, nam illa minor falsa ē, si prædicatum cōpositè, & copulatim teneatur, esset aūt vera, si diuisiuè teneretur, facit enim sensum quinarịo nō est duo, & quinarius nō est tria, e contrà maior diuisa est falsa, cōposita vera, tūc esset fallacia Compositionis. velle tribuere falsitatem cōclusionis veritati minoris diuisæ, cū tamen ex ea nō sequatur. Exēplū posterioris. Omnem hominem scribere é possibile. Aliqui nō scribentes sunt homines, ergo Non scribentes scribere est possibile, in hoc antecedēs est verum, & ex eo cōclusio sequitur vera in sensu diuiso, falsa tamen in composito, tunc est fallacia Cōpositionis, in sensu enim Composito falso sumimus quod nō sequitur nisi in sensu diuiso vero. Est autem fallacia diuisionis è cōuerso, cum sensus compositus est verus, & diuisus falsus, & atribuimus conclusionis

ſionis falſitatem ſenſui compoſito vero in antecedenti, ex quo non ſequebatur, vel ipſam cõcluſioné in ſenſu diuiſo ſumimus, quæ tamẽ erat cõ poſitè ſuméda, vt in maiori illi9 ſyllogiſmi, Omnia quinque ſunt duo & tria Quinarius non eſt duo & tria, ergo Quinarius nõ ẽ quinque, maior diuiſa falſa ẽ, cõpoſita vera ẽ autẽ fallatia diuiſionis, illi Cõpoſitæ tribuere Cõcluſionis falſitatẽ, cũ nõ niſi ex diuiſa ſequatur, & hæc omnia clariora fient in ipſis cõpoſitionis, & diuiſionis ſpeciebus.

Sunt enim tres, Prima ſit inter terminos, quorum alter poteſt ſignificationem ſuam integræ alterius ſignificationi applicare, nempè materiali & formali; poteſt etiam parti ſignificationis ſoli, puta materiali applicare, vt omnes homines eſſe ſenes poſſibile eſt, iuuenes ſunt homines, ergo iuuenes eſſe ſenes poſſibile eſt, eſt fallacia compoſitionis, ſi concluſioné in ſenſu compoſito ſumam9 non enim inferebatur niſi in ſenſu diuiſo, at ſi dicas, iuuenes eſſe ſenes eſt impoſſibile, Homines ſunt iuuenes, ergo Homines eſſe ſenes impoſſibile eſt, concluſio eſt falſa, & maior in ſenſu diuiſo, ex qua concluſio ſequitur, in ſenſu verò compoſito eſt vera, & atribuere ei falſitatem cõcluſionis eſt fallacia Diuiſionis, quia quod ex diuiſa ſequitur, atribuimus compoſitæ.

Altera species harum fallaciarum est, cum est aliquod cõplexũ, quod diuisiuè & copulatim sumi potest, ratione cuius mutatur sensus, vt superius diximus; similiter de cõplexo disiũcto, vel disiunctiuo, vt Omne animal est rationale, vel irrationale, Sed nõ omne animal est rationale, ergo omne animal est irrationale, est quidem diuisionis fallacia in maiori, quæ potest sensum disiunctũ facere, & sic est vera, est enim propositio categorica, cuiꝰ sensus est, de quolibet animali per se esse verum enunciare hoc, scilicet esse rationale, vel irrationale & sic nõ infertur cõclusio illa, potest disiunctiuè sumi, & sic est diuisa falsa, facit enim sensum, omne animal est rationale, vel omne animal est irrationale, & ex ea talis conclusio etiam falsa sequitur, fallacia consistit in eo, quod tribuimus maiori compositæ veræ, quod non sequitur, nisi ex ea diuisa falsa. Fit opposito modo fallacia Compositionis, cum sensus compositus ẽ falsus, diuisus verus.

Tertia species est, cum aliquam dictionem cũ varijs construimus, propter quod mutatur sensus, vt Quicquid viuit semper erit, Equs viuit, ergo Equs semper erit, conclusio falsa, & maior in sensu diuiso falsa, nempè, si dictio, semper cõiungatur cũ verbo erit, & sic procedit conclusio, at si

iunga

iungatur cum verbo viuit, est compositio, & vera Similiter Quācunque imaginē aueam habentē vestē vidi, ipsa est ex auro; sed ligneam imaginem vidi habētem vestem auream, ergo Imago lignea est ex auro, conclusio est falsa, & etiā maior diuisa, nempè si illa dictio, aureā, iungatur cum vesti, sic enim ex ea infertur conclusio, at si composita sumatur, est vera, nempè si iūgatur cum imagine, ac propterea est fallacia diuisionis, cōclusionem tribuere compositæ.

De fallacia figuræ Dictionis.

FALLACIA hæc accidit, cū ex similitudine duarū dictionū inter se accidentali, colligimus similitudinē significatorum, quod primò euenit cū dictio vnius generis grammaticalis, existimatur esse alterius generis propter similē desinentiā, vt qui poetam concedere esse doctam sicut musam, quia musa est fœmininū nomen, & qui Eustochiū cōcedere esse sanctū quia finitur in ūm, sicut tēplū. Altero modo euenit, cū nomen vnius prædicamenti sumimus pro altero prædicamento, vt Quicquid hodie emisti, modo comedisti, Carnes crudas hodie emisti, ergo Carnes crudas modo comedisti, est figura dictionis, quia quicquid significat substantiā, crudū verò

verò qualitaté. Euenit etiam, cum Simplicem sup positionem in personalé, vel e contrà mutamus, vt homo est species, iulius est homo, ergo Iulius é species, cum præsertim hoc fit in indiuiduo, & vniuersali, nam hic videtur mutari modus, cum vniuersale quale quid indiuiduum hoc aliquid significat.

De fallacijs Extra dictionem.

De fallacia accidentis. Cap. XV.

QVO facilius hæc fallacia intelligatur, (est enim admodum communis) notandum est aliqua quadrupliciter vnum quid esse posse. Primo dicuntur ea vnum, quæ vnum prorsus significant, quamuis sub diuersis nominibꝰ, aut modis diuersis, quo pacto duo synonima vnum dicantur, similiter definitum & ipsius definitio, illa tamé in voce differunt, hæc verò in significandi modo, cũ definitum confusè, Definitio eãdem explicitè dicat. Altero modo quædam dicũtur vnum, quæ cum non eandé naturam significent, vnũ tamen est de essentia alterius, sicut genus, vel differentia idem sunt cũ specie, & species cum indiuiduo, puta hõ

&

& animal, homo & rationale, homo & Iulig. Tertio quædã alia dicũtur vnũ minori vnitate, quorũ vnum est alterius propriũ, puta hõ & risibile, nõ tamen risibile est de essentia hominis. Tandẽ quædã alia dicuntur vnũ, quorũ vnum alterum claudit tanquam accidens, vt homo, & albũ. Ista quatuor non ita vnum sunt, quin aliqua inter ea differentia inueniatur, nec ita suntdiuersa, quin etiã aliquo modo vnum sint, ex quo fit, quod aliqua, quæ vni tribuimus, etiam alteri nõ damus: aliqua verò vni applicamus, quæ alteri concedimus, dicimus enim album coloratum, & currere, & sedere, quæ etiam de homine albo prædicamus; at album esse accidens, colorem, qualitatem dicimus, quæ de homine non enunciamus, & invniuersum est Regula, Omnia ea, quæ vni conueniunt secundum id, in quo ab altero differt, remouenda sunt ab altero, cætera verò concedenda simul, aut neganda. Verbi gratia, album dicitur currere ratione ipsius subiecti, corpus enim albedinem habẽs dicitur currere, præterea album dicitur accidens ratione formæ, in qua cũ subiecto non est idem, non prædicabitur ergo accidens de corpore. Ex his nota ẽ fallacia Accidẽtis quæ fit quoties tribuimus vni omnia, quæ tribuimus alteri, quæ tamen non illi, qua parte cũ altero vnũ est, conueniunt,
exifti

existimantes propter idétitatem & vnitatem id licere,quo defectu peccant omnes hi syllogismi, & cõsequentiæ homo est risibilis,risibile est propriũ,ergo homo est proprium. Ensis est gladius, Gladius est secũdæ declinationis,ergo Ensis ẽ,secundæ declinationis. Petrus est homo, Homo est species,ergo Petrus ẽ species,& in vniuersũ quoties suppositio variatur, sicut quãdo procedimꝰ ex puris particularibus,ex maiori particulari in Prima figura,ex puris affirmatiuis in secũda figura,& similia. Similiter quoties Appellationẽ mutamus,vel ex diuisis ad cõiuncta,vel è cõtra procedimus,vt Video Corruscũ,Et corruscus est veniens,ergo Vidẽo veniẽtem. Hic canis est pater, Et hic canis est tuus,ergo Est pater tuus. Puer hic est magnus logicus,ergo ẽ magnus, & est logicus Similiter quoties à genere,seu à superiori ad inferius absq; vniuersalitate,vel ab inferiori ad superius vniuersaliter procedimus,vt Animal ẽ album,ergo homo est albus, vel Omnis hõ est risibilis,ergo Omne animal est risibile, de quibus,in locis à Toto diximus. Nec mireris, si fallacia suppositionis hic collocetur, & in Figura dictionis, cũ diuersis rationibus vitiũ vnum ad duas species fallaciarum referatur,illic enim figura dictionis, hic vnitas extremorum consideratur.

De

De fallacia Secundum quid & simpliciter.

FALLACIA ista ex similitudine loci à Toto in modo procedit, erat enim Totũ in modo, dictio respectu sui ipsius cũ aliquo adiecto sumptæ, quod dicebatur Pars in modo, vt homo, & homo albus, valebat autem à parte ad totum, & è contra, vt illic explicuimus. Sunt autem aliqua adiecta quæ diminuunt significationem totius cui iunguntur, vel eam distrahunt, & alienant, & talia nõ totum in modo, aut pars, sed Dicta secundum quid nũcupãtur, vt homo mortuus, album secundum dentes, & similia Quæ autem adiecta distrahant, ex ijs quæ in Secundo libro de Alienatione diximus, facilè est videre. At ea dicuntur diminuere quando cum eis ita prædicatum, vel subiectum cum aliquo copulatur, vt eis semotis, oppositum enuncietur. V.g. EAthiops secundum dẽtes albus dicitur, ablato verò illo adiecto secundum dentes, niger, vel nõ albus dicetur, nisi subiectum alia ratione esset album, vt homo secundum dentes est albus, si ille etiam secundũ totum se albus esset, adhuc albus diceretur, sed non ex virtute, & ratione illius adiecti. Est igitur fallacia, talibus dictis secundum

quid, ad ipsa absolute sumpta, vel è contra, tam affirmatiuè, quam negatiuè argumentari, vt in ipsis huius fallaciæ modis comperietur.

Est primus modus à dicto diminuente secundum locum, non enim valet, nō licet prandere in templo, ergo non licet prandere; licet in mari nō audire sacrum, ergo licet non audire sacrum non valet. Secundus modus a dicto diminuente secū dum tempus, non enim sequitur, non est licitum diebus Veneris vesci carnibus, ergo est licitū vesci carnibus, expedit tempore naufragij proijcere merces, ergo expedit proijcere merces.

Tertius à dicto diminuēte ad aliquid, vt febricitanti non est bonum vinum, non valet, ergo nō est bonum vinum. Amenti non expediunt arma, ergo non expediunt arma. Quartus à dicto diminuente secundum partem, vt est albus secūdum dentes, ergo est albus, non sequitur, nō est albus secundum dentes, ergo non est albus. Hoc intelligi debet, quando illa pars non est proprium subiectum illius accidentis, tunc enim valet; vt ē crispo capite, ergo est crispus, benè sequitur; est cæsijs oculis, ergo est cæsius: est curuo naso, ergo ē aquilin9, in his enim bene sequitur, quia talia prædicata illis partibus propriè & adæquatè insunt. Quintus à dicto distrahente, vt duo leones marmorei

morei sunt in foro, ergo duo leones sunt in foro, hic est homo pictus, ergo est homo, non sequitur Eadem est fallacia sæpe argumentari ab ipsis totis, non enim valet, non est albus, ergo non est albus, secūdum dentes: nō est leo, ergo non est leo lapideus; licet comedere carnes, ergo licet in die veneris, & alijs similiter non valet, sicut nec ab ipsis partibus, nisi tale prædicatum omni ex parte, & integrè subiecto insit, tunc enim valet; vt non est bonum mentiri, ergo non est bonum mentiri in bello, nec domi, & similia.

De ignorantia Elenchi. Cap. X VI.

SVPERIVS quid esset Elenchus diximus, ē enim syllogismus Contradictionis, id est, inferens, & probans cōtradictoriū eius quod cōcessum est, vel simul duo inferēs contradictoria, si verè autem probat Verus elenchus, cū deceptione, Sophisticus dicitur. Vnde duplici ex parte elencho deceptio accidit, vno modo, quando id non fit syllogismo bono, sed fallaci; altero modo quando syllogismus bonus est, non tamē probat veram contredictoriam propositionis concessæ sed apparentem, cum non obseruet leges verècōtradictionis, & tales fallaciæ quæ hac parte fiūt, dicuntur secundum ignorantiam Elenchi, quas

Aristote.1.Elench.cap.4. quatuor numerat. Prima quando contradictoria non sumũtur ad idẽ, vt numerus ternarius excedit binarium & nõ excedit quaternarium, ergo ternarius excedit numerum, & non excedit. Secunda, quando nõ sumuntur secũdum idem, vt corpus hoc est duplũ ad aliud secundum latitudinem, & non secundũ longitudinem, ergo est duplum, & non duplum. Tertia similiter, id est, quãdo non seruatur idem modus, vt currit velociter, nõ currit tardè, ergo currit & non currit. Quarta quando non seruatur idem tempus, vt dormio noctu, non dormio mane, ergo dormio & non dormio, sed de his latè diximus Libro secundo.

De fallacia consequentis.

Fallacia ista procedit ex similitudine illius loci, quo à positione antecedẽtis ad positionẽ consequentis, & ab opposito cõsequentis ad oppositum antecedentis procedebamus. Secũdum verò fallaciam hanc fit transmutatio, nempè ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis, vt si ignis est, calor est, ergo si ignis non est, calor non est. Qui dicit te esse equum, dicit te esse animal, sed qui dicit te esse equum, dicit falsum, ergo qui dicit te esse animal, dicit falsum. In his est

fallacia, quia ex opposito antecedētis, inferimus oppositum consequentis, quod non licet, nisi in terminis conuertibilibus. Similiter quādo ex positione consequentis antecedēs ponimus, similis est fallacia, cum non liceat, nisi in terminis conuertibilibus, vt si homo est, animal est, ergo si animal est, homo est, si ignis est, calor est, sed calorē, ergo ignis est. Vnde patet in his fallacijs priorem consequētiam bonam esse, posteriorē verò, quia à negatione antecedentis, vel à positione consequentis procedimus, fallacem.

De fallacia petitionis principij.

FAllacia hæc contra Syllogismi probationem procedit, syllogismus enim & illatiuus est conclusionis, & instrumētum probatiuum ipsius, illatio in recta forma cōsistit, probatio verò præter hoc antecedens notius consequente petit, ob id fallacia est, æque ignota, vel ignotiora ad probationem ignotorum sumere, præsertim quādo idē per idem, licet occultè probare intēdimus, vt qui probaturus in particulari homines esse iustos, peteret ad probationē omnes homines esse iustos; & probaturus Medicinam esse scientiā sani & ægri, peteret separatim Medicinam esse scientiam

 sani,

ſani,& eſſe ſcientiam ægri,vel deniq; ſi verbis parum mutatis idem per idem probaret in talē incideret fallaciam.

De fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam.

FAllacia hæc eſt cum concluſionis falſitas, quæ prouenit ex vna præmiſſa falſa,atribuitur præ miſſæ veræ,vt Omnis homo eſt animal, Plāta eſt homo,ergo Planta eſt animal.Cōcluſio eſt falſa, cuius cauſa eſt minor, atribuere verò id maiori, ac velle ob id contendere maiorem eſſe falſam,ē fallacia non cauſæ,vt cauſæ, quam ſuperiùs dixi mus.Nō propter hoc accidere falſum. Fit etiam iſta fallacia,cum concluſionē veram atribuimus falſo tanquā cauſæ.Similiter cum conſequens ex antecedenti nō proprio deducimus,ipſi atribuētes conſequentis veritatem;vt Homo eſt diſcipli nabilis ergo eſt Grammaticus,& huiuſmodi alia.

De fallacia ſecūdum plures interrogationes vt vnam.

FAllacia hæc committitur,cum opponens petit vnicam ſibi reſponſionem dari illius, cui vnica

reſ

respōderi nō potest, vt ipsum respōdétē ex quacūq; vna respōsione rapiat, vt si petat, hō & leo sunt ne animal rationale: si respōdeatur ita esse, colliget leonē esse rationalē, quod falsum est. Si verò respōdeatur, nō ita esse, colliget hominē nō esse rationalē, quod etiāfalsū est. Ad fallaciā hāc reprimendam non oportet vnica responsione satisfacere petenti multa quibus nō nisi multis responderi potest. Atque hæc breuiter, de locis, & fallacijs atque perinde de tota Introductione. Sit laus Deo Omnipotenti, qui nos ad finē perduxit, ipse faciat, vt in sui gloriam, & iuuenū vtilitatem, maioréquè in literis progressum, quorum gratia scripta sunt, hæc omnia tendant.

FINIS.